



himmelblau

I

5

N<sup>o</sup> 32

Zur Leibgarde des Königlich Preussischen  
Militärs neu zusammengestellt.

Q. D. B. V.

57

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE CHRISTO,  
ET SACERDOTE ET VICTIMA  
IN OMNIVM SALVTEM.

---

QVAM

SVPREMO NVMINE AVXILIANTE,  
ET CONSENTIENTE  
SVMME VENERABILI THEOLOGORVM ORDINE,

P R A E S I D E  
PETRO SASSE

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORD. NEC NON  
CONSISTORII DVCALIS CONSILIARIO


DIE XX. NOVEMBR. C<sup>o</sup>I<sup>o</sup> CCCXLVIII.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET  
R E S P O N D E N S  
M. GEORG. VITVS HENR. *Giehenck*,  
ROSTOCHIENSIS.

---

R O S T O C H I I ,  
TYPIS IOA. IAC. ADLERİ, ACAD. TYPOGRAPHI,



# ARGUMENTVM DISSERTATIONIS.

PRAEFAMEN, quo differ-  
tiationis occasio & institu-  
ti ratio commemorantur.

§. I. Praecipuis Messiae  
characteribus merito adcen-  
etur Sacerdotium illius, praee-  
unte Psalmo CX. comm. 4.

§. II. Respondeatur iis, qui,  
hoc Psalmo de Messia agi, infi-  
tiantur.

§. III. Refutantur, qui,  
mystico quidem sensu, hunc  
Psalmum ad Messiam adcom-  
modari posse, largiuntur; lit-  
teraliter autem de eodem ad-  
cipiendum esse, negant.

§. IV. Ex dictis colligitur  
generatim, Iesum Nazarenum  
esse verum Messiam; specia-  
tim, eundem esse Sacerdo-  
tem.

§. V. Messias, aeterno DEI  
decreto, Sacerdos constitutus  
est.

VI. Num haec Messiae  
constitutio, concilio quadam

S. S. Trinitatis, facta sit?

§. VII. Num ea repleta pa-

etum Patris cum Filio adpel-  
letur?

§. VIII. Abusus huius do-  
ctrinae remouetur.

§. IX. Messias est Sacerdos,  
non solum ab aeterno; sed et-  
iam in aeternum.

§. X. Idemque est Sacer-  
dos secundum modum Melchi-  
se dici.

§. XI. Christus est veri no-  
minis Sacerdos.

§. XII. Idemque simul vi-  
cima, & sacrificium expiato-  
rium.

§. XIII. Notantur SOCI-  
NIANI, negantes, Christum  
se, in sacrificium expiatorium  
pro peccatis, tradidisse,

§. XIV. Et in Christi pas-  
sione & morte, eius sacri-  
ficium expiatorium quaeren-  
dum esse,

§. XV. Idque, in coelo de-  
mum peractum fuisse, siue fi-  
guratum sacrificium esse.

§. XVI. Fruclus & usum  
sacerdotii & victimae Christi,

A

Scri-

Scriptura S. variis phrasibus exponit.

§. XVII. Theologi vtuntur vocibus Satisfactionis & Meriti.

§. XVIII. Obiectum satisfactionis est vel personale vel reale. Respondeatur quoque ad quaestionem: Num Christus etiam maculam peccati suscepit?

§. XIX De obiecio satisfactionis personali sigillatim tradatur, & status controveriae constituitur.

§. XX. Particularismus IANSENISTARVM & Reformatorum recensetur.

§. XXI. Quaestionem hanc ex SSa dirimendam esse, monetur.

§. XXII. Satisfactionis universalitas dictis SSae probatur.

§. XXIII. Exceptiones Reformatorum generatim perstringuntur.

§. XXIV. Adceditur ad argumenta recentiorum.

§. XXV. WYTTENBACHII demonstratio prior discutitur.

§. XXVI. Nec non eiusdem demonstratio posterior eneretur.

§. XXVII. Deductio WYTTENBACHII ad absurdum, examinatur.

§. XXVIII. Dicta SSae, quibus ille abutitur, vindicantur.

§. §. XXIX. & XXX STAPFERI argumenta refutantur.

§. XXXI. Adiungitur aliud eiusdem argumentum ex scripto germanico, & conuelliatur.

§. XXXII. Concluditur, diffensum inter nos & Reformatos grauissimum esse, nec unionem ecclesiasticam permittere.



## P R A E F A M E N.

**Q**uum CHristas sit vnicum fidei nostrae sanctissimae, iustificantis & saluificantis fundamentum, articulus de CHristo, quoad substantiam dogmatum consideratus, non parum ponderis habeat, necesse est. In primis autem huius articuli doctrinis, non immerito numeratur Christi satisfactione pro omnibus hominibus, siue satisfactionis veritas & vniuersalitas; quae, salua fide, haud ignorari, multo minus negari possunt. Impossibile enim est, ut homo, peccatorum reatu perterritus, viuum aliquod in corde solamen sentiat, nisi veram Salvatoris sui satisfactionem immora fiducia credat. Nec fieri quoque potest, vt sibi illam, actu & absque remaria praesumtione, fiducialiter & individualiter adplicer; nisi ex verbo diuino exploratum habeat, CHristum pro omnibus hominibus, adeoque etiam pro se, satisficisse. Quo grauiores aurem hae veritates sunt, eo vehementius impugnantur, & vix annus elabitur, quin vnu alterue imaginarius Goliath, progrediatur & Israeli DEI illudere tenter. Quo impecu nuper corruptissimus ille EDELMANNVS doctrinam de CHristi satisfactione adgreditus fit, dum Berlenburgi adhuc haereret, constat, eique se propterea opposuit IOANNES GOTTLIEB WALPVRGERVS (1). Subiiciam tantum pauca haec (2) eius verba: *Niemand kommt zum Vater denn durch Christum, und von diesem zeugt die Bibel, dass er seiner wahren Natur und Weisheit nach nicht anders sey, als das in allen Menschen lebende Logos oder die Vernunft, die die Zeugen Alten Testaments die Weisheit genennen. Wer ihn unter diesen Nahmen nicht kennen will, der wird noch wohl eine Weile verdüstert und ein unvernünftiger ἄλογος bleiben, und wenn er sich über dessen Person und Natur mit andern armen Buchstählern noch bis an dem iüngsten*

(1) In der Betrachtung der allerheiligsten Lehre von der Genugthuung Christi, nebst einem Sendschreiben von Iohann Christian Edelmanns Verhandlungen, 1743.

(2) Vgl. illius Moses mit aufgedecktem Angesicht, zweiter Anblick pag. 90.

Tag zancket (3). Anno proxime praeterlapsi nouus prodiit  
Empaecta, qui Dippelianas calumnias & nugas, aduersus Chri-  
sti satisfactionem, scheda impia recoxit. adiuncto HERA CLI-  
TI nomine (4); cui, sub initium huius anni, obuiam iuit  
cele.

(3) Quorundam haec spectent, prodit hominis illius insanii blasphemia  
fidei confessio cl<sup>o</sup>cxxvi, Germanice excusa, qua is ad-  
firmat, Christum esse nudum hominem, licet egregiis dotibus in-  
structum, non DEI Filium pag. 122 seqq; sacrificia non minus Iu-  
daeorum ac Gentilium, fraudibus Clericorum originem debere;  
Clericorum imposturas & plebis superstitiones esse, quaecunque de hominum peccatis, quibus vel infecti sint, vel se contaminent,  
vel DEV<sup>M</sup> offendant; de expiatione diuinae necessitate, aut facta  
per CHristum p[ro]eftatione venditantur, cum CHristus non alio  
confilio venerit, quam vt persuasionem inanem de peccatis, & de  
reconciliatione irati Numinis hominibus eximat, & Libertinismu[m] atque Syncretismu[m] commendet. EDELMANNI locis non  
nullis, ne quedam ei adfixisse videar, haec declarabo. Pag. 86,  
„der Grundstein alles Aberglaubens ist, als habe ein von uns beleidigter  
Gott durch den Tod eines unschuldigen Menschen verföhnet werden müssen.  
Pag. 90: Es wurden in der That sehr viele durch seine (des Herrn Je-  
su) Unterwerfung von dem Iadsfeben Pfaffen-loch erlöszt und zu nabe-  
rer Erkenntniß Gottes und ihrer selbst gebracht: Aber wahrlich nichts  
dieswegen, weil Er sie durch seinen unschuldigen Tod, als mit einem  
Opfer bey Gott aufgesöhnet, wie man nach der Hand geträumt; son-  
ders weil sie die Augen aufschabten, und erkennen lerneten, daß das  
ganze Opfer-Wesen, sowohl unter Iudei als Heyden, der leichtver-  
gängste Pfaffen-Betrug von der Welt sey. Pag. 147: Dass er nichts weniger  
im Sinn gehabt, als eine neue Religion, oder äußerliche so genannte  
Gottesdienstlichkeiten anzurichten; sondern dass er vielmehr den Grund  
aller vorbergehenden, nemlich dass die Menschen einen über ihre Sün-  
den erzürneten Gott, auf eine oder die andre Weise, wieder begießen  
müssten, gäntzlich umreissen, und ihnen zeigen wollen, dass Sie zwahr  
unter einander sich selbst: aber nimmermehr die unverletzbare Maie-  
stät ihres Schöpfers beleidigen könnten. Pag. 168. „Es hat sich uns[er]  
theuerster Iesu an das Sündermachen seiner angebohrnen Religion im  
geringsten nicht gekehret, sondern die Menschen nach und nach zu einer  
vernünftigen Freyheit im dencken zu bringen gesucht, und also in der  
That das gethan, was einer der zum Heil der Menschen, oder als ein Hey-  
land in die Welt gekommen, zu thun schuldig war. Et ibidem: „ich  
hoffe zum wenigsten denen, bey welchen eine vernünftige Hochachtung  
uns[er]s unschuldigen Iesu noch etwas gilt, keinen geringen Dienst gethan  
zu haben, wenn ich ihnen denselben als einen der größesten Freydencker  
seiner Zeiten vorgefleddet.“

(4) Prodiit 1747. f. t. Christianus Democritus adhuc virius, etc.

celeberr. D.N. ISRAEL GOTTLIEB CANZIUS,  
 Theologus nuper Tübingeris (5). Christum vero pro quibusdam  
 tantum, non pro omnibus passum & mortuum esse vel satisfecisse,  
 CALVINO - Reformati pertinaciter adhuc propugnant: quorum  
 causae desperatae nouissime, Philosophici quidam Helvetiae Theo-  
 logi, WYTTENBACHIUS & STAPFERVS, atque posterior qui-  
 dem duobus scriptis anno 1747, noui arte, seu methodo sic dicta  
 demonstrativa, mederi & consulere nisi sunt. His causis inductus  
 virramque euangelicam doctrinam, tam de veritate quam de vniuer-  
 salitate satisfactionis Christi confirmare & vindicare mecum con-  
 stitui. In illa mihi res erit non cum hostibus illius recentissimis,  
 quos, ut dixi, alii iam prostrauerunt; sed cum SOCINIANIS, in  
 quibus tam rationis quam scripturae abusus crassissimus deprehendi-  
 tur, & tanta subtilitate grassatur, ut eorum scripta perlustrasse, poe-  
 nitere neminem queat, qui recentiorum obiectiōnibus par esse velit.  
 Quapropter phrasin quoque biblicam: *Sacerdotis & Victimae*, sequen-  
 tis sum, ut eo magis aduersarios vrgeam & premam. In hac au-  
 tem, recens fictae demonstrationis artificia peruestigare & defruere  
 contendam. Faxit optimus DEVS, ut omnia recte eueniānt,  
 & in sui nominis gloriam & veritatis ful-  
 cimentum cedant!

## §. I.

Iesum Nazarenum esse verum Messiam, a DEO quondam benigne  
 promissum, & in temporis plenitudine missum ac manifestatum, adstru-  
 unt omnes Messiae characteres, quos Scriptura V. Tti designat, quos  
 que scriptores N. Tti, tam in monumentis Euangelistarum histo-  
 ricis, quam Apostolorum dogmatis, in Iesu nostro ostendunt, ac  
 in ipsis impletos esse, euincunt. Alios ut hac vice raccēam, sati-  
 id commonistrat triplex illud officium, quo Messias defungi debe-  
 bat: Sacerdotale scilicet, Prophericum & Regium, quorum primum,  
 videlicet Sacerdotale munus, id contra aduersarios omnium luce-  
 lentissime probat. Messiam enim fore Prophetam & Regem, non

A 3

abnu-

(5) Disp. f. t. Heracliti, Iohannem Conradum Dippelium nuper propagnatu-  
 ri, *Systema Christi evagēnō carens*, Tübingerae 1748.

absentia SOCINIANI, suo quoque sensu Regem appellant Iudei : Sacerdotio autem subeundo eum destinatum fuisse, utriusque negant & pernegant. Quid autem manifestius de illo dici poterat, quam quae leguntur Psalmo CX, coram. 4.

בשבע ויהוּת ולא יונם אַחֲרֵיכֶם לְעָלָס עַל־רְבָרִת  
בלפרץך :

Quae a SEBASTIANO SCHMIDIO hunc in modum transferuntur:  
*Iurauit Iehouah & non poenirebit eum* ( dicens ) : *Tu(es) Sacerdos in aeternum iuxta modum Melki-ze-deck.* Optime hinc AVGUSTINVS (1), agens de promissionibus, quas DEVS in V. Tto dederat, scribit : *Ex his promissionibus est Psalmus iste, Dominum & Seruato rem nostrum Iesum Christum certe aperteque prophetans, ut omnino dubitare non possumus, Christum adiunctori Psalmus hoc.* Huic suffragatur Pontificis ille clarissimus, PETRVS DAN. HVETIVS (2), Psalmum hunc inter longe planissima de Christo vaticinia pariter re censens : *Psalmorum omnium, quibus aliquae venturi Christi praedictiones insunt, nullus est -- ad Christi-Sacerdotium -- significandum clarior & illiusrior.* Aduersarii nihilominus, aliquique sinistri interpretes, omnes animi vires in id intendunt, ut argumentum, quod inde petimus, nobis eripiant, &, quantum in se, virtute probandi priuent. De IOANNE CALVINO (3), eiusque ad comma I. adserito, nihil dicam, cum de hoc commate quarto aperte confessus sit, *non de alio quopiam haberi sermonem, quam de Christo.* Sunt vero alii, qui vel

(1) *Comment. ad Psalm. CX. 4, Tom. VIII. col. 1274.*

(2) *Demonstrat. Evangelica Propos. VII. p. vi. 588.*

(3) *Comment. in libr. Psalmorum ad Psal. CX., vbi quidem de commate I. adserit:* *Possit aliquatenus Davidis personae congruere, quod hic dicitur ; quia neque temere solum ipse confundit, neque illuc penetravit magis artibus ; neque euclitus fuit flultis suffragius, sed DEI mandato regnauit.* Sed, ea de causa, ab AEgidio HVNNIO in CALVINO *Iudaizante*, pro merito, castigatus est pag. 180 & 183. Hic inter alia, his eum adloquitur verbis : *Immo CALVINE ! neque Psalmus totus, neque singularim bic versiculos, in Davidem, sine ex parte, suis ex toto quadras, sed unice in Christum Dominum.*

vel totum Psalmum adeoque & vaticinium, quod *comma quartum* exhibet, de Christo adcipiendum esse, simpliciter negant; vel omnia ad Dauidem, sensu litterali, refringere malunt, nec de Christo, alio quam sensu mystico, interpretantur.

## §. II.

Ex iis, qui negant integrum Psalmum de Messia litteraliter agere, & omnia praedicara ad aliud quoddam subiectum extendunt, praecipue nominandi veniunt Iudei recentiores. Hi namque Messiam magno studio inde remouent, licet ipsi inter se dissentiant & dubii sint, num de Abraham an Melchisedeko; Mose vel Dauid; Ezechia vel Zorobabele ille rectius intelligatur (4). Commodo iis autem, loco argumenti historici, opponi potest consensus Iudeorum, qui Christi & Apostolorum aetate vixerunt. Quae enim ratio effecit, ut Pharisaei obmureferent, dum Saluator noster, probaturus, Messiam non solum Dauidis sed & DEI filium esse, hunc Psalmum eis in mentem revocat Matth. XXII, 43 - 46, nisi exploratum apud eos fuisset, texum sacrum de Messia loqui? Certe, si haec sesta alter sensisset, nullum est dubium, quin contradictione & Christum reprehensura fuisset, quod ista verba minus recte ad Messiam applicauerit. Quo iure Petrus, prima Oratione Pentecostali, quam Iudeis dicarat Actor II. 22 - 34 & 35; nec non Paulus Epistola ad Hebreos, tam confidenter se ad hunc locum recipere portuissent? nisi apud omnes certum & extra dubium possumus esse, iudicassent, hoc Psalmum Dauidem de Messia vaticinari. Ne quid dicam de iis, quos gentis suae retinuisse sententiam relatum legimus, & ZACH. GRAPIVS (5) aliisque excitant. Testimonio illi humano addi possent diuina, quae allegatio N. Tti suppeditat. Sed cum mihi res sit cum hominibus, qui Nouum Testamentum reiiciunt, sufficiat, argumenta innata, quaeque Textus ipse in se continet, illis opponere. Vocat Dauid loquens, subiectum praedicationis

עדן

(4) Plurimas eorum opiniones concessit CALOVIVS Bibliotheca illustratis V. Tti To. I, pag. 1088.

(5) Diff. de Decoribus Sanctorum ab utero aurorae & rore iumentis Messiae ad Psal. CX, 3, Sect. I, §. II, pag. 4 sgg.

גְּמַעַת, & omnia praedicata sunt tam eminentia & sublimia, vt nec de Dauide, nec alio quodam imperante vel homine quoconque, si ne blasphemia dici possint. Huius generis sunt v. g. sedere ad dextram Iehouae, dominari in omnes inimicos<sup>s</sup>, esse sacerdotem in aeternum, confringere Reges, iudicare inter gentes, bibere de fluvio in via & propterea exaltare caput (6); immo quod subditi spontaneo motu sint sacrificatur, ac liberi ipsi generentur, quemadmodum ros cadit super terram. Quae omnia amplius quid innunt, quam quod de homine ψιλόν concepi potest. Quicquid Iudei hic regerunt, eo redit, vt textum violenter contorqueant, & ridiculas vbiuis propincent opiniones. Palmarias tamen obiectiones, quae aliquam veri speciem secum ferre videntur, adducam, vt de fundamento eorum, qui secus sentiunt, eo faciliori negotio iudicare queamus. Generatim nobis opponunt, Daudem hunc Psalmum non consignasse, sed alios, qui in Daudis aut aliorum honorem illum composuerint & cecinerint, arque יְהוָה in titulo רְבִירְלֵךְ rectius reddi: propter Daudem vel de Dauide. Ista non sunt argumenta, sed fictiones arbitriae, quarum veritas nunquam probabitur. Ipsi Rabbini testantur, Daudis esse Psalmos, qui inscriptionem hanc רְבִירְלֵךְ prae se ferunt. Si hic autem Psalmus, etiamsi ista gaudeat inscriptione, Daudi abiudicetur, nec alibi inscriptio haec argumentum autoris secundarii, Daudis, suppeditabit. Sic ut vero alias in confessio est, plerosque Psalmos a Dauide profectos esse; ita etiam potissimum quidam character, quo cognoscitur, Daudem autorem esse, desumitur ab hac inscriptione. Quo sublato concideret praecipuus quidam character, quo Psalmi Daudis, ab eodem profecti, cognoscuntur & a ceteris discernuntur. יְהוָה alias etiam datiu notam esse, nemo negabit; in inscriptionibus his autem, illud hoc sensu (vñ suppleas v. g. Daudi inspiratus) adhiberi, doceri non potest. Recte D. GEORG. MOEBIUS (7) inquit: Nulla nos urget ratio, ob quam רְבִירְלֵךְ hic aliter quam alibi exponamus. Iudeis quoque opponimus Chaldaeum

(6) Comp. DORSCHEVS Pentadec. num. XII, §. 48, sqq. pag. 413.

(7) Select. Disp. Theol. num. XXI. pag. 1147, & DORSCHEVS l. c. § 39.

um Paraphrasten, qui, D. MART. GEIERO (8) obseruante, titulum illum exposuit: יְהוָה בֶּן־דָּוִיד per manum (ministerium) Dauidis. Speciatim, quantum ad comma quartum pertinet, aduersarii autem: יְהוָה בֶּן־דָּוִיד, h. l. non significare sacerdotem, sed Regem & Principem, prout ille significatus occurrit 2 Sam. VIII, 18, XX, 26, idque confirmari, adserunt, verbis sequentibus, quae hunc in modum conuertunt: *eo quod tu es Rex iustitiae.* Sed quis est, qui non videat, malitiam & incredulitatem, omne, quod dicitur, hic ferre punetum? Judaei vobum significatus ignorare non poterant, & nihilominus latibula quaerunt, omniaque difficultatibus implicate student. Concedo equidem labentissime, vocem יְהוָה non semper in Scriptura notare sacerdotem, ratione officii ecclesiastici, sed & nonnunquam sensum sustinere politicum. Hac tamen adeptio est insitior & rarius; illa vero famosior & solemnior. Ratio autem interpretandi genuina postulat, ut voces adecipiamus in significatu famosiori; nec ab eo recedamus, nisi id necessitas exigit. Ostendant igitur nobis necessitatem, aut maneant nobiscum in significatu ordinario. Praeterea יְהוָה nullibi denotat Regem, sed, in sensu politico, principem aliquem Regis ministerum. יְהוָה enim generatim denotat ministrare & adpropinquare, ut יְהוָה sit minister, Regi proximus, quo respectu Filii Dauidis, Paral. XVIII, 17, primi vel proximi, aut primarii ad manus Regis dicuntur, docente CHRIST. STOCKIO (9). Gemini itaque generis יְהוָה datur: alias respectu DEI, sacerdos, DEO vel proximus; alias respectu Regum, minister Regis potissimum. Neutro sensu, inquit WITSI-

B

VS

---

§. 39, pag. 408, & 409, vbi hanc Aben Esrae allegat regulam, quod omnis Psalmus, cui inscriptum sit in frontispicio nomen Dauidis, sit vere Dauidis. Eandem adprobat SEBAST. SCHMIDIVS Refut. Psalmorum Prophetic. de Christo pag. 535, adserens, quibusunque Psalmis praemittitur יְהוָה בֶּן־דָּוִיד vel Dauidis, illos omnes Dauidem auctorem babere secundarium.

(8) Comment. in Psalmos Dauidis ad b. l. pag. 1495.

(9) Clave linguae S. Vet. Testamenti pag. 513.

בָּנִים VS ( 10 ), David Rex בָּנֵי dici potuit. Non priori, quia sacerdotium penes solos Aaronidas erat. Non posteriori, ita enim suos habebat. Messias autem ita Rex est, ut simul sacerdos sit: plane sicut Melchisedeck, qui vero munere distinete fungebatur. Eo nos dicit phrasis: *iuxta modum Melchisedeck*, Nomen Melchisedeci in codice V. Tri bis tantum legitur, scilicet Genes. XIV, & in Psalmo hoc nostro. Ibi aperte est nomen proprium, certam designans personam, licet, grammaticae, per Regem iustitiae exponi possit, quem tamen Hebrei potius מֶלֶךְ קָדוֹשׁ quam Melchisedeck, dicent. Ad eundem Melchisedecum, quem Moses habet, se manifesto recipit Psaltes, eidem Messiam comparans: secundum modum, ordinem vel rationem ( עַל רְכָרָת ), quae locutio nunquam eo quod, sed, hoc positi, secundum ordinem, vel rationem subinde significat. Prorsus congruit Versio Alexandrina, quae integrum phrasim reddidit per κατά τὸν λαζῶν, secundum ordinem, vel rationem.

## §. III.

Alii, qui N. T. dignitatem admittunt, & ob frequentes Psalmi, quae in illo deprehenduntur, allegationes, omnem eius ad Christum relationem simpliciter negare haud iconantur, ita malae causa consolunt, vt Psalmum de Christo mystice quidem explicent; literaliter autem & proprio de Dauide adipiant. Etsi vero non diffiteor, placuisse nonnunquam DEO in Scriptura, per res & personas, quas verba immediate significant, alias res & personas sensu, quem Theologi mysticum vocant, indicare; eiusmodi tamen sensus non pro libitu singendus, & ubique querendus; quin potius ibi tantum acceptandus est, vbi indubii criteriis ostendi potest. Quam inanis vero est ille sensus mysticus, quem aduentari in iudicium accommodationem resoluunt? Haec deuia tamen extantur SOCINIANI, quos inter sigillatum GEORG. ENIEDINVS

( 11 )

( 10 ) de Oeconomia foederum DEI cum hominibus Lib. IV, cap. XIV, §. XXXVIII, pag. 847, qui §. XXXIV, sqq., pag. 844, hunc Psalmum aduersus Iudeos Messiae strenue vindicat.

(11) nominandus est. Hie, vt alia Scripturae oracula pessime peruerit; sic Psalmum CX, totum, litteraliter de Davide loqui; mystice autem demum & spiritualiter de Christo agere, sibi probandum sumit; indeque Christam etiam hoc Psalmi dictum Math. XXII, 43, 44, non litteraliter & historice, sed spiritualiter & mystice adcepit intellexisse & citasse, contendit. Quam Scripturae detorsionem, quanvis interpres & Theologi empi iure reiecerint, & prae ceteris data opera destruxerit IVSTVS FEVERBORNIVS (12), noua tamen specie obdueta, Criticus quidam Bataeus, IOANNES MASSONIVS (13), denuo incrustare sustinuit. Summa sententiae, quam is fouer, haec est: Existimat, Psalmum hunc ab ipso Davide, post Iacobethi interitum, anno regiminis sui VIII (vid. 2 Sam. IV,) in perpetuam rei memoriam compositum, eiusque iussu Chebron publice praelectum esse. Proprie igitur & litteraliter eum agere de Davide. Quod tamen non obster, vt a Christo & Apostolis ad Messiam accommodari potuerit (14). Conueniunt igitur ENIEDINVS & MASSONIVS in his: 1) Psalmum de Davide agere litteraliter. Quo sensu autem Daud dici potuit, sedere a dextris DEI? quae praerogativa, teste Paulo ad Hebr. I, 13, ne angelis quidem competit; esse sacerdos, sacerdos in aeternum, sacerdos secundum conditionem Melchizedeci? vt reliqua taceam. Cogitent omnes, velim, absolum sensum, quo haec sententia comma primum

(11) *Explicatione locorum Scripturae V. & N. Tti, ex quibus Trinitatis dogma stabilitate sollet.* Haec bis typis excusa prodiit. Primum Transylvanae, dein in Belgio, sed utroque sine mentione anni & loci. CHRIST. CHRIST. SANDIVS *Bibliotheca Anti-Trinitaria* pag. 93, autorem nominat Superintendentem Ecclesiarum Unitariorum in Transylvania, & Gymnafii Claudiopolitani moderatorem; ipsumque mortuum esse an. 1597, refert.

(12) *Anti-Eniedini Disp. III, pag. 49, 149.*

(13) Rubrum ita habet: *Essay d'une nouvelle Vie de David, ou Dissertation critique sur le Regne CX.* Legitur in *Comment. litterario*, qui anno 1712. Ultraiecti exitit, s. t. *Histoire critique de la Republique des Lettres tant ancienne, que moderne, T 1, art. 3.* Vide: den Neuen Bücher-Saal der Gelehrten Welt, Part. XVII, 372, sqq.

(14) Hanc, controveriam succincte refert IOANN. CHRIST. WOLFIUS *Curis Philol. & Criticis in IV. Euangelia* pag. 319.

deformaret. Nam verba: Dixit Iehouah Domino meo, ita expla-  
nanda foreat: dixit DEus mihi Dauidi. Non temere, his recitatis  
exclamat GOTTFRIED. OLEARIVS (15): *Vbi fando auditum est,*  
*ita aliquem de se esse loquutum, ut Dominum suum se ipsum adpellet?*  
II). Psalmum mystice & spiritualiter de Christo adcependum &  
explicandum esse. Sed id ipsum facile corruit, postquam iam ante  
praestructum fuit, textum nec de Dauide, nec de alio quodam, ex-  
cepto Christo, literaliter exponi posse. Mysticus enim sensus, sup-  
ponit literalem a se diuersum. Et quomodo hic sensus mysticus praes-  
tensus conciliari poterit cum explicatione, quam Christus & Apo-  
stoli de eo dederunt? Christus enim Matth. XXII, 43, sqq, Phari-  
saicis obiicit, Dauidem nominasse Messiam Dominum, dicens: *di-*  
*xit Dominus Domino meo &c.* Quae obiectio, cum verba vnicce vr-  
geat, Christum quoque sensu literali, qui verbis vnicce inest, commun-  
itatem de Messia adcepisse, nemo non videt. Eodem tendit Petrus,  
qui Auctor. II, 34., expresse adserit, verba Psalmi non de Dauide,  
sed de Christo intelligenda esse. *Nec enim Dauid, inquit, ascendit*  
*in coelos; sed dicit ipse, dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram*  
*meam.* Quid clarius, Psalmum literaliter non de Dauide; sed  
Messia esse explanandum? Cui enim praedicatum simpliciter denegar-  
tur, ei nec literaliter tribui potest. III). Verba: *ἐν πνεύματι* Matth.  
XXII, 34. per *πνευματικός* spiritualiter, mystice vel per *sensum my-*  
*sticum* conuertenda esse. Ad quae adequare regessit FEVERBORNI-  
VS (16): *Falsum est quod ἐν πνεύματι hic notet πνευματικὸς καὶ*  
*πνευματικός.* Est enim descriptio causae principalis, ex cuius illuminati-  
one & insinuatu Dauid prophetauit, comp. 2 Petr. I, 21. Vbi per to-  
tam Scripturam haec formula: *ἐν πνεύματι*, quoties absolute pon-  
itur, denotat sensum mysticum? nonne eadem semper indicatur di-  
uina operatio, diuina virtus, diuinus instinetus? quid aliud sibi,  
vult, quod de Simeone dicitur Luc. II, 27: *Ἄρτεν εὐγένον πνεύματι*,  
quam quod Spiritus S. impulsu Simeon incitatus & edocitus fuerit?  
vel quid aliud intelligi poterit Auctor. XIX, 21, per *ἐθεώρακτον πνεύματον*

ey

(15) Observat. Sacris ad Euang. Matthaei pag. 629, obs. 67. §. 5.

(16) Anti-Eniedino pag. 66.

*ἐν τῷ πνεύματι*, quam quod Paulus sibi propofuerit non sine Spiritu s. instinctu, eius gubernatione in actionibus suis utrū consueverat; peragrata Macedonia & Achaia, proficisci Hierosolymam &c. Nec aliter adcipi poterit i Cor XII, 9, vbi de donis variis eorumque usu differens, ait: *Alii vero fides (sicilice data est) per Spiritum cundem*, siue eiusdem Spiritus agitationem. Hoc quoque sensu phrasin ipsam h. l. explicandam esse, partim res ipsa docet, quae mysticum sensum excludit, partim locus parallelus Marc. XII, 36: *Ipsé David dixit per Spiritum S.*, dixit Dominus Domino meo &c. IV). Nec sensum illum mysticum, qui iactatur, a Spiritu S. intentum esse, nec ex eo aliquid tuto colligi, vel deriuari posse. ENIEDINVS aperte adserit, dogmata fidei ex sensu litterali non mystico stabilenda esse, qui pro ingeniorum diuersitate, varius esse possit. Addit quoque: In eo Ἰόν περί τον Christum obseruasse, cum Phariseis disputantem, quibus licitum videretur Scripturas mystice interpretari. MASSONIVS autem (17) occultat id nomine *ad accommodationis*, quae ipsi nihil aliud denotare potest, quam quod SOCINI & ARMINIANI illa innuant, eandem vocantes extensionem quandam dicti ad subiectum, de quo ipse Spiritus S. illud inspirans, non cogitauit, multo minus id intendit. Quid turpius & Christo ac Apostolis indignius dici poterat?

#### §. IV.

Ex iis, quae haecenus praemisi pater, Psalmum centesimum decimum non solum agere de Messia, sed & hunc in illo, tanquam sacerdorem describi. Vnde euictē colligimus, Iesum Nazarenū esse verum Messias. Generatim hunc in modum argumentor: In quo vaticinium Psalmi centesimi decimi suum inuenit complemen- sum; ille est verus Messias: Atqui in Iesu Nazarenō id factum esse subsu- mo. Ergo Iesus Nazarenus est verus Messias. Maior aperta est, quia pau- lo ante euici, Psalmum de nullo alio, quam de Messia agere. Minorem propositionem probo ex Actor. II, 34 - 36, vbi Petrus, adductis Psal- mi verbis, addit: Καὶ φαλάς οὐν γινωκέσθω ετο. Certo sciat ergo

B 3

tota

(17) Plura qui de MASSONII hypothesi desiderat, consulere potest  
S. R. Dn. D. DEYLINGIVM Oferu. Sacr. Part, III, num. XIV.  
pag. 106, sgg.

tota domus Israelis , quod DEus hunc fecerit Dominum & Christum  
 hunc ipsum inquam Iesum , quem crucifixis , ὥστε , more  
 Graecis non iusitato , quo verbum aetum indicans adcepitur pro  
 eo , quod illum insequitur , i. e. declarauerit per resurrectionem , in  
 coelos ad censionem & sessionem ad dextram suam . Idem adparet  
 quoque ex i Cor . XV . 25 ; qui locus , si cum Psal . CX , comparetur  
 manifesto pater , Τὸ βασιλεῖον Apostolo idem esse , quod Psaltes  
 sedere ad dextram DEI vocat . Nec minus Paulus ad Hebr . I . 13 .  
 ac X . 12 , 13 , hoc sedere a dextris DEL angelis denegat , ac Chri-  
 stum etiam , qua officium suum , illis excellentiorem esse docet .  
 Adcedit alterum illud argumentum : Quicunque est ille sacerdos ,  
 de quo Psalmus centesimo decimo agitur , ille est verus Messias :  
 Atqui Iesus Nazarenus est ille etc . Ergo . Minoris veritas constat ex  
 ad Hebr . V , 5 , 6 , VI , 20 , VII , 14 , 17 , 20 , 21 , 28 . Atqui hinc  
 denique relinquit omnia reliqua vaticinia , quae de Messia agunt ,  
 etiam de Iesu Nazareno esse explicanda ; & vice versa omnia di-  
 eta , quae de Iesu Nazareno quaedam tradunt , ad Messiam posse ac  
 debere referri . Vterque enim eandem personam denotat .

## §. V.

Hunc Messiam & sacerdotem in aeterno Deitatis consilio con-  
 stitutum & designatum esse , indicant prima huius Psalmi verba ,  
 quibus Pater Filium compellasse legitur : *Dictum Iehovae ad Do-*  
*minus meum* . Quae enim Scriptura Sacra diuinarum personarum  
 colloquia mutua , & consultationes refert , proprie & humano more  
 intelligenda esse , nemo sibi persuadebit . Innuuit ista vel executio-  
 nem aut aetum aliquem instantem & imminentem , qui non sine sa-  
 piensissimo Numinis Diuini instituto suscipiens sit : Quo respectu  
 Deitatis personae consultasse dicuntur de primi hominis creatione  
*Genes. I. 26 , 27* ; nec non de linguarum confusione *Genes. XI. 5-8* ;  
 vel diuinum quoddam decerum , quale v. g. *Psal. II. 7* legitur :  
*Adnuntiabo de statuto : Iehouah dixit ad me Filius meus es , hodie ego*  
*genui te* . Quemadmodum autem in DEO nulla successio intrinseca  
 datur Iac. I , 17 ; ita & omnia decreta diuina , simultanea sunt &  
 aeterna . Prior significatus hue non quadrat , quia versiculus primus

con-

continet vaticinium rei, quae, post multa tantum saecula, comple-  
mentum nancisci debuit. Itaque per dictum illud Iehouae ad Mes-  
siam, nihil aliud intelligi potest, quam decretum illud diuinum, quod  
de Messia, ab aeterno, factum est. Consentunt Theologi praestan-  
tissimi, ex quibus unicus IOANNEM DORSCHEUM (18) adle-  
gasse sufficiat. Hic postquam MALDONATI adduxerat opinio-  
nem, addit; *Simplicius dicitur, Ædixit notare æclum diuinæ sapien-  
tissimæ ordinationis, quo ab aeterno D. O. M. post praeuisum peccatum  
Glapsum generis hunani, sanxit de Filio secunda persona S. S. Tri-  
nitatis C.* Si quis autem obiceret, id huc non pertinere, quia  
comma primum agat de sessione Messiae a dextris DEI; nobis au-  
tem esse sermonem de tempore, quo Filius DEI sit constitutus sacer-  
dos. Responderem: DEum id, quod posteriori loco adduximus,  
qua nostrum quoque concepsum, si non ante prius, cum priori ta-  
men una decreuisse, liquidem, consummato principe officii sacer-  
dotalis ætu, Messias a dextris DEI demum consedit. *Purificatione,*  
ait Paulus, *peccatorum nostrorum per se ipsum facta, sedit ad  
dextram Maiestatis in excelsissimis ad Hebr. I. 3.* Praeterea decre-  
ta diuina, quae concernunt Messiae officium, de quo comma quar-  
turn, tractat, & de eiusdem statu, quod comma primum habet, tam  
arcte cohaerent, vt, vel nostro conceptu vix a se inuicem separari  
queant. Sed insistamus soli commati quarto, quod aperte satis Mes-  
siae constitutionem ab aeterno factam esse his verbis docet: *Iurauit  
Iehoua G non poenitebit.* Juramenta enim quando ex Scripturae ve-  
su, DEO tribuantur, denotant vel confirmationem decreti in verbo  
Scripto, mediante iuramento, propositam; vel decretum ipsum, vt  
significetur, DEum firmiter decreuisse. Vira sententia h. l. praes-  
seratur, perinde esse poterit, quoniam in vtrique explicatione de-  
cretum diuinum, quod sua natura aeternum est, fundamenti loco  
praefixatur. Hinc B. SEBASTIAN. SCHMIDIVS (19), qui priori sece addixit sententiae, decreti huius aeternitatem non negavit.  
*Nos equidem, ait, decretum aeternum nullo modo excludimus: puta-*  
*mus tamen Apostolum non simpliciter loqui de decreto illo, sed quate-*  
*nus*

(18) *Diss. XIII. Pentadecad. §. V. pag. 438.*

(19) *Comment. in Epis. ad Hebreos Cap. VII, 21, pag. 760.*

nus sub iuramento revelatum est. Et dein subiungit: *Recte inde concluditur, quod Deus etiam in aeterno suo consilio voluerit, Christum esse maiorem Aaronicis sacerdotem, & consequenter Mediatorem.* Aptior tamen & conuenientior videtur esse illa explicatio, quam posteriori loco adduxi, quia *Ipso iurare tempore praeceperito exprimitur*, eique velut futurum opponitur *Ipso non paenitebit*, vt confirmationem, quae per revelationem facta est, & in verbo continetur, innuat: quam etiam plerique ideo anteferre solent. IOANNES GERHARDVS (20) ait: *Iuramentum est h. l. immutabile DEI decretum, quo Christum aeternum sacerdotem esse voluit.* Aeternum illud & immutabile DEI decretum respicit Apostolus Petrus, quando de Christo testatur, illum *praeognitum fuisse ante iacta mundi fundamenta* & Pet. I, 20, idemque presupponunt omnia Scripturae loca, quae aeternitatem finaliter credentium docent ad Eph. I, 4, vel mentionem faciunt gratiae, quae data est in Christo Iesu, ante tempora saeculorum & Tim. I, 9. Eleccio enim fit respectu Christi, ideoque ab aeterno fieri non potuisset, nisi ille constitutus & ordinatus fuisset ab aeterno.

### §. VI.

Aeternum vero hunc circa Christum actum, dum decretum vocau, nemo sibi persuadet ex plenitudine potestatis aut per imperium id factum esse. De ARIANIS veteribus relatum legimus, eos *Ipso dixit per imperium transilisse*; & cum maior sit qui imperat, quam qui imperatur, inde eos colligere voluisse, Christum Dominum non esse verum DEum aequalem Patri, quia Pater hic datur ad illum dixisse i. e. imperasse (21). Sed nihil nos cogit, vt *Ipso dicere per imperare & decretum quodus per imperium semper expponamus.* Aequales quoque possunt inter se deliberare ac de semetipsis mutuo consensu aliquid constituere. In DEO non nisi vna datur essentia ac voluntas; quae omnem subordinationem, superioritatem ac inferioritatem respuit. Nec in salutari redemtionis nostrarum

(20) *Comment. super Epist. ad Hebreos cap. VII, 21, pag. 169.*

(21) IOAN. MALDONATVS *Comment. ad praecepsos libb. V. Tti, ad Psal. CX. pag. 759.*

stra negotio cum Christo, tanquam redemptore, quicquam contigit,  
quod non a liberrima ipsius voluntate ac consensu ultroneo proflu-  
xerit, *Psal. XL, 9. Ioa. X, 18.* Ecclesiae Patres haec sub schema-  
te repreäsentasse, constat. Integram scilicet SS. Trinitatem concili-  
um quoddam adorasse, aiunt, in quo Filius DEI consilium dederit,  
vt ex personis diuinis vna humanam adsumat naturam, & pro hu-  
mano genere paratur. Huic autem responsum esse: Qui dedit  
consilium, ferat auxilium. Deseribunt id omnes non vna eadem-  
que ratione. Excitabo vnum ex Sacculo IV, ATHANASIVM (22)  
ira differentem: Postquam peccasset & lapsus esset homo, eiusque la-  
psu perturbatis omnibus, mors inualuisse ab Adamo usque ad Chri-  
stum, terraque execrationi data esset, infernus apertus, Paradisus  
clausus, coelum infensum, & tandem, corrupto & interemto homine,  
infusisset Diabolus contra nos, tum demum Deus Φιλανθρωπος ac no-  
lens perire hominem ad suam imaginem conditum, in haec verba erupit:  
quem emittam? & quis proficeretur? omnibus obtentibus, locutus est  
Filius: Ecce ego, mitte me. Quo tempore illi respondit Pater: Vade  
ergo &c. Haec si Georgētās adcipiantur, continent meditationes ge-  
neratim non spernendas; sed an singula, curatus considerata, ita  
se habeant, alia est quaestio. B. ADAMVS SCHERZERV (23)  
negat, hoc Trinitatis consilium in Scripturis vllibi reuelatum esse.  
E contrario non desunt, qui eius fundamentum in Scriptura se in-  
uenisse, credunt. Hi praeter alia se recipiunt ad Esa. IX, 6; vbi  
Christus vocatur Consiliarius, vel vt Alexandrini illud exponunt  
*μητρόλης βουλῆς ἄγγελος*, quod tamen rem nondum confidere vi-  
detur. Si enim Messias dicitur Consiliarius, quis adserer, eum ideo  
ita dici, quia in concilio Trinitatis consilium suppeditauerit? CA-  
LOVIVS (24) scribit: *Manifestissimum est, Consiliarium hic dici  
non respectu DEI, sed respectu hominum.* Viri summi cogitata non  
repudio. Si consilium autem quoddam, quod tamen sine dubio  
nec ceteras diuinas personas latuit, in hoc Trinitatis concilio Filius  
DEI suppeditauerit, quis argumentum eius speciale nobis enarra-  
C bit

(22) Tom. I. Opp. fol. 151.

(23) Breviarium HÜLSEMANNI pag. 352.

(24) Bibliis illustratis V. T. Tg. II. ad Esa. IX, pag. 66.

bit? ab executione aetius diuini & a posteriori recte quidem ad ipsam rem concludimus; speciales autem istius circumstantias irde elicere non licet.

### §. VII.

Proprius videntur ad rem adcedere, qui pactum aliquod, quod Pater cum Filio pepigerit, hic fundamenti loco substernunt. Quam quidem doctrinam prae reliquis tradere coepit IOA. COCCEIVS cum adscelis; sed adsumserunt quoque ceteri Reformati haud pauci. In nostra Ecclesiâ hanc sententiam propugnarunt praeter PVFENDORFIVM (25), IAEGERVIS (26), BVDDEVS (27) aliique. Pactum Patris cum Filio appellant conventionem peculiarem, secundum quam Filius DEI in se suscepit satisfacere pro hominibus omnibus, eorum peccatis & poenis; Pater autem & Spiritus S., Filii promissum acceptarunt, ideoque omnes homines speciatim credentes, ei in peculium tradiderunt, regnique gratiae administrationem ipsi promiserunt ad saeculi usque consummationem. Istud pactum cum ex rei natura & indole, cum variis Scripturae locis probatur. Natura rei in eo consistit, quod Christus volens & non invitus, nec absque reliquarum personarum consensu suscepit, quicquid pro hominibus praestitit. Ea vero est natura pacti, ut adsit mutuus consensus circa idem placitum. Nec desunt essentialia requisita pacti, personae contrahentes, materia, promissiones & acceptatio; quamvis ad foederis humani leges nemo id ex omni parte mensurare debat. Porro ad Scripturæ loca quod adtinet, quae a sententiae huius patronis adferuntur, alia sunt generalia, quae commemorant consilium pacis inter virumque Iehonam scilicet & virum, cuius nomen est Germen Zach. VI, 13; alia specialiora sunt, vbi v.g. Christus vocatur sponsor melioris Testamenti ad Hebr. VII, 22, & Paulus meminit Testamenti ratefacti a DEO in Christum, cui & promissiones factae sunt ad Gal. III, 16, 17, 19; vel quando Christus de regno agit, quod Pater pacto sibi disposuerit Luc. XXII, 29; vel

mentio

(25) Iure Fecciali diuino §. XXXVII, pag 138.

(26) Tract. de Foedere gratiae Cap. VII & VIII, pag. 26 fqq, & aliis scriptis.

(27) Institut. Theol. Dogmat. Lib. IV, Cap. I, §. IV.

mentio si a Prophetis promissionum, quas Messias adcepit. *Pf. II.*, 8, *XXI, comm. 29 - 32, Esa. XLIX, 6, 8, LIII, 10, 12.* Haec omnia tamen non impediuerunt, quo minus alii, partim huic pacto CALVINIANOS eiores inesse putauerint; partim interpretationes dictorum adlegatorum reddiderint dubias (28). Prius etsi non omni destituatur fundamento; certum tamen est, eosdem errores ab aliis quoque doceri CALVINIANIS, qui pauci nullam faciunt mentionem; nec cum doctrina de pacto hos tam arte cohaerere, ut ab illa separari nequeant; quod ex Theologorum nostrorum scriptis patet, qui pactum quidem istud propugnant, Reformatorum autem errores auersantur ac dimittunt. Major est difficultas, quae circa quorundam dictorum explicationem deprehenditur, cui vero opponi poterunt alia dicta, v. g. de lege, quam Christus adcepit. *Ioh. X, 17, 18, XII, 49*, aut preemio, quod Messias cum postulauit, tum adcepit. *Ioh. XVII, 4, 5, ad Phil. II, 9, 10, 11*; quae non clarius & distinctius, quam ex hoc pacto illustrari possunt.

### §. VIII.

Saluberrimae huius doctrinae, de aeterna Messiae ad sacerdotium constitutione, grauissimus abusus est, si quis inde cum SOCINIANIS colligat, DEum ex potestatis plenitudine hominibus lapsis peccata remisile, ita vt eorum expiatione non opus fuerit, siquidem ipsa constitutio Messiae amoris divini documentum sit certissimum. Ad haec autem regero: 1) Objectionem hanc nisi falsis principiis, quae aduersarii tuentur. Negant iustitiam vindicatiuam DEO esse essentialiem; cum tamen DEVS, qui essentiam, sit DEUS sanctissimus, vt omnia peccata ac omnes peccatores non possit non auersari. Auersatio quoque ipsius non solum est negativa, quac omnem communionem cum homine peccatore negat (qua ipsa tamen omnis in peccatorem affectus iam prorsus tollitur), sed est quoque positiva, prout ex solo *Psalmo V, comm. 5, 6, 7*, manifesto adpareat. Immo adsimilaret sece sanctissimum Numer scelerum sectatoribus, si non irrogaret poenas *Psal. L, 21.* Unde fluit, ipsius essentiam, scilicet

C 2

iusti.

(28) vid. NEVMANNVS *Diss. de Fundamento Benevolentiae DEI universalis* §. VI. sqq. pag. 10, 14.

iustitiam essentialē, punitionem hominum peccantium necessario exigere. Immerito quoque negatur, DEO competere iram, nec ipsum indignatione in peccatores incitari posse. Confunditur enim adfectus irae inordinatus, quo homines nonnunquam se abripi patiuntur, & qui DEO indignus est, ac de DEO dici nequit, cum iustis operationibus, quas ille, qui laetus est, suscipit. 2) Messiae constitutionem fuisse quidem aliquod, concedimus, opus diuini amoris *ad Eph. II, 4*, a quo tamen cetera DEI adtributa sciungi vel excludi non debent; sed discrimen constituendum esse inter amorem DEI antecedentem & consequentem; inter amorem, per quem DEVS media redēctionis nostrae inuenit ac constituit; & inter amorem per quem a DEO in gratiam recepii sumus. Hic, quem posteriori loco adduximus, satisfactionem, quam prior inuenērat, actu pro fundamento haber. 3) Praesente iam amore priori, qui per Redēctoris constitutionem se exserit, nos vere DEI inimicos fuisse, nondum decreta satisfactione, nec desisse prius inimicitiam, usque dum reconciliati fuimus cum ipso per Christum *ad Rom. V, 10*. Deus est omnipotens & infinite plura efficere potest, quam quae in hominum viribus possita sunt; sed nunquam agit secundum solam potestatis sua plenitudinem, nec quod ceteris suis sanctissimis attributis aduersatur. Amor ipsius, quo omnium creaturarum miseretur *Psalmo CXLV, 9*, propensus quoque fuit ad laporum restitucionem promouendam; sed obſtitit illius iustitia, quo minus finem consequeretur, antequam ipsi fieret satis; vel ad minimum medium quoddam inuentum, constitutum ac decretum fuisse, quo non solum iustitia expiarī, sed & insimul reparatio humani generis perfici posset.

## §. IX.

Non autem ab aeterno solum Messias adpellatur sacerdos, qui sacerdotali muneri obeundo destinatus est, sed etiam sacerdos in aeternum: *Tu es*, ait Psaltes, *sacerdos in aeternum*. Melchisedeco idem tribuitur praedicantum, sed plane diverso significatu. De Melchisedeco scribit Paulus *ad Hebr. VII, 3*, *eum manere in aeternum*; & *com. mate VIII*: *Ipsum testimonium habere, quod vivat h. e. de cuius morte tacetur*, quique adeo mystico quodam respectu vitae testimonium habet

habet, ut WOLFIVS interpretatur (29); sed vocat eum sacerdotem  
 aeternum historice, cum physice non in aeternum vixerit. Non alia  
 enim ratione hoc adcipi potest, quam, quod sub initium huius com-  
 matis adseritur, ipsum nec patrem, nec matrem habere; immo destitui  
 genealogia, omni initio dierum ac vitae fine. Hoc orne enim in-  
 nititur scripturae silentio; quae sicuti patrem, matrem, genealogi-  
 am, natuitatem & mortem illius nullibi significauit; ita nec menti-  
 onem fecit exitus sacerdotii vel successoris, qui in sacerdotali officio  
 ipsum sequutus sit. Priori respectu dicitur esse sine patre & sine ma-  
 tre &c.; posteriori autem, manere in aeternum. Hanc loquendi ra-  
 tionem apud Hebraeos, Latinos & Graecos non inusitatam esse, docet  
 Dn. D. DEYLINGIVS. (30). Atque in hoc Melchisedecus fuit ty-  
 pus Christi, qui vere & actu sacerdos in aeternum esse debuit. Sed  
 quaeritur: qua ratione haec sacerdotii Christi aeternitas a parte post  
 adcipienda sit? si quis ad actus sacerdotales, sacrificii scilicet oblatio-  
 nem & intercessionem respicere velit; virinque res difficultate non  
 careret. Christus enim semel passus est *1 Pet. III, 18*; semel mor-  
 tuus est, nec amplius moritur *ad Rom. VI, 9, 10*, & semel pro homi-  
 nibus se obtulit *ad Hebr. VII, 27, IX, 28, X, 10*; quo ipso a Pontifice V.  
 Tri distinguitur, quem oportui quotannis sanctum sanctorum ingre-  
 di cum sanguine alieno *ad Hebr. IX, 25, 26*. De intercessione huius sa-  
 cerdotis cum BVDDEO aliisque, facilius possit adseri quod perma-  
 neat in aeternum. Sed ut taceam, non deesse secus sentientibus rati-  
 ones, quibus induci actum intercessionis Christi, saeculi consum-  
 matione absolutum ac finitum iri, cum KOENIGIO docent; ne mi-  
 nimum quidem adest indicium ad Christi intercessionem hic digitum  
 intaudi. Omnia facilius aeternitatem sacerdotii triplici hac rati-  
 one explicari posse, arbitror: 1) Ratione personae. Non potuit Chri-  
 stus esse sacerdos aeternus, nisi aeternus esset in persona. Hinc Paulus  
*ad Hebr. VII, 18*, quod cum aliis sacerdotes facti sint ex lege, cuius  
 praecepsrum sit carnale (ad leges ceremoniales pertinet); hic e con-  
 trario ex vi indissolubilis vitae, quam iuxta diuinam naturam, habet in se  
 ipso *Ios. V, 26*; quoad humanam autem ex unione personali *ad Col. II, 9*.

(29) *Caris Philol. & Criticis ad Hebr. VII. comm. 8. pag. 677.*

(30) *Obseruat. sacrar. Part. II. pag. 61.*

facerdos fatus sit, ut secundum virtutem indissolubilis & aeternae vitae  
 suae consummetur, justificetur & saluerit. Quo ipso & a sacerdotibus Leuiticis  
 distinguitur, qui mortales erant ac moriebantur, Christus autem im-  
 mortalis vivit in aeternum. Testantur id verba commatum 23 & 24;  
 illi quidem plures facti sunt sacerdotes, quod mors prohiberet, eos  
 permanere. At iste propterea, quod in aeternum manet, perpetuum  
 habet sacerdotium; & comma 25: semper vivit. 2) Ratione officii, ge-  
 neratim spectati, sacerdotum Leuiticorum officium per successores  
 continuabatur, ut transiret ab uno in alium; cum veram consumma-  
 tionem nondum in se contineret ad Hebr. VII, 11. Praecedens  
 praeceptum erat infirmum ac inutile comm. 18; nullus homo con-  
 summare potuit, comm. 19; priori Tabernaculo adhuc consistente,  
 nondum manifesta facta erat ad sacrarium via, cap. IX, comm. 8. Sed  
 Christo adveniente non opus amplius fuit sacerdotibus; ipse vnicus  
 est, nec habet successores, qui locum ipsius occupent, vel aliquid  
 addere debeant. Sermo enim iuris iurandi dicitur cap. VII, 28, quod  
 post legem super Christo factum est: Filium scilicet constituit sa-  
 cerdotem in aeternum consummatum, ad nos consummandos. 3) Ra-  
 tione sufficientiae & effectus. Leuiticis sacerdotibus necesse erat,  
 ut quotidie vel quotannis sacrificia repeterent, cum defruerint ex-  
 emplari ac umbras rerum coelestium ad Hebr. VIII, 5. Et omnis  
 sacerdos adstat quotidie sacro ministerio defungens, & easdem sae-  
 pius offerens hostias, quae nunquam possint auferre peccata cap. X,  
 11. Illis sacerdotibus quotidie necesse fuit, prius offerre viettimas  
 pro peccatis propriis cap. VII, 27, Pontifex ingressus est quotannis  
 in sanctuarium cum sanguine alieno; sed Christo haud necesse fuit,  
 quotidie viettimas offerre. Hoc enim fecit semel ad Hebr. VII, 27,  
 Manifestus factus est in consummatione saeculorum semel cap. IX,  
 26; & semel oblatus est comm. 28, Christus enim viettam pro pec-  
 catis obtulit in perpetuum cap. X, 12, & vnitica oblatione consum-  
 mavit in perpetuum eos, qui sanctificantur comm. 14. Ex his ma-  
 nifestum est, Christum esse sacerdotem in aeternum, quamvis obla-  
 tio eius non reiteretur, nec intercessionis sacerdotalis actus in aetern-  
 num duret. Quae de aeternitate sacerdotii Christi doctrina solide  
 confutat ac destruit sacerdotes missaticos & sacrificia missatica. quip-  
 pē

pe quae consistere nequeunt cum aeterno Christi sacerdotio, quod  
successores vicarios non habet, aut postular, aut admittit.

## §. X.

Vaticinii autem Davidici sensum, ut plene exhibeam, paucis  
ad huc persequi lubet, quid sibi velint verba : *ad ordinem Melchise-  
dei.* De constructione eorum non multis agam, cum & textus au-  
thenticus, si sensu simplici & obvio capiatur, & expositio Paulina,  
quam in Epistola ad Hebraeos legimus, aperte indicent, adesse hic  
comparationem quandam Melchisedeci cum Christo. Melchisede-  
cum enim Mosi memoratum, non ipsum Christum fuisse, quod pla-  
cuit nonnullis ex Patribus ; & superiori saeculo eruditis viri plures  
propugnarunt, evincunt Apostoli verba (31) : *αφωμαριος η υπηρεσιον θεον απετελει την επιτυχησην ad Hebr. VII, 3.* Quis autem sui ipsius potest esse typus ?  
Quis Melchisedecus fuerit, discimus ex Genes. XIV, 18 sqq., ita ta-  
men, ut cautela illa, quam Celeberr. Theologus ac Lubecensium  
Praeful Dn. D. CARPOZOVIVS nuper commendauit, haud omittatur:  
*Cave*, inquit, *Mosaico tribuas Melchisedeco*, quae *Paulus proprie ac  
προφητεια, noui nisi de εισιτηριον adfirmat* ; neque plura referas ad *Mel-  
chisedeci historiam ac personam*, quam *quae reperis apud Mosen*. Mo-  
ses de ipso non amplius quicquam reserr, quam quod Melchisedeci  
nomen habuerit, Rex Salem fuerit, obtulerit panem & vinum (33);  
Sacerdos exsisterit Altissimi, Abrahamo benedixerit, & decimas ab eo  
adcepit. Paulus adserit ipsum Christi typum fuisse, ideoque va-  
ria adfert, quae ipsius nomen, personam, dignitatem & officium con-  
cernunt. Subsistit autem in iis, quae ad officium sacerdotale per-  
tinent, ad quae comparatio haec cum Melchisedeco vnicce respicit.

Auo-

(31) comp. BVDDEVS *Histor. Eccl. V. Tri To. I. pag. 264* sqq.

(32) Egregio plane opere, quod nuper edidit Fr. *Adparatus Histo-  
rico criticus Antiquitatum S. codicis Gentis Hebr. pag. 55.*

(33) Pontificii id explicant de sacrificio quodam, quod si coenam ad-  
umbrauerit, vt inde Missas, sibi tam gratas & proficias probare  
queant. Sed ex illis verbis, hoc nulla ratione colligi potest. Nihil  
aliud ea docent, quam quod panem & vinum Abrahamo eiusque  
comitibus suppeditarit, conf. DORSCHEI *Myaria Missae Cap. III.*  
pag. 49. sqq.

Apostolus ei in primis obuiam iuit obiectioni , qua Iudei conuersi sacerdotium Ch isti oppugnare potuissent, Christum scilicet non esse sacerdorem, quis ex tribu Iuda ; & speciatim domo Davidis orrum trahat ad Hebr. VII, 13, 14 ; sacerdotium vero secundum legem, tribu Leui , & in specie domui Aaronis competit. Iam quidem concedimus, DEum post Israelitearum exitum ex Aegypto & circa tabernaculi constructionem, tribum Leui ad cultum diuinum publicum administrandum sibi elegisse (vnde & sacerdotium Leuiticum commemoratur ad Hebr. VII, 11,) & in specie Aaronem huiusque filios designasse sacerdotes Exod. XXVIII, 1, seqq, (vnde & integer sacerdotum chorus vocatur domus Aaronis Psal. CXV.10, 12, CXXXV, 9,) ac reliquos Leui filios sacerdotibus , loco primogenitorum, dono dedisse , vt in tabernaculo seruirent Num. III, 12, VIII, 13 - 19. Porro id etiam positum est extra controversiam, nemini ex tribu Iuda secundum legem lieuisse officii sacerdotalis partes obire; quod manifestum est ex 2 Paral. XXVI, 18.

וַיֹּאמֶר יוֹאָהָד עֲזֹרְיוֹן  
להקטיו לירוחה כיהלכחות בנֵי אהרן ומקורותיהם להקтир:

Dixerunt ei : Non est tuum o Hazziah! adolere Iehouae , sed sacerdotum, filiorum Aaronis , qui consecrati sunt ad adolendum etc. Hinc & illos, qui non poterant probare, se ab Aarone descendere, a sacerdotio fuisse exclusos, legitimus Esr. II, 62, Neh. VII, 64. Sed haec omnia non obstant, quo minus Christus verus sacerdos sit. Ante promulgationem legis Leuiticae, quilibet paterfamilias in sua familia sacerdotis munere fungebatur, vt Patriarcharum & in primis IOBI exemplo Job. I, 5, pater : quare & Melchisedeck, qui ex tribu Leui & Aaronis non fuit, sacerdos Altissimi esse potuit. Quid igitur impediuit, quin DEus hanc legem iterum abrogaret & sacerdotem constitueret, sicut Melchisedecum , h. e. ex tribu Leui ac Aaronis domo non oriundum. Ratio autem primaria, ob quam Christus vocetur sacerdos ad modum Melchisedeci , in sacerdotii aeternitate , quae inde derivatur, quaerenda erit. Sicuti tota lex consummari non potuit ad Hebr. VII, 19 ; ita nec per Leuiticum sacerdotium consummatio facta est, ideo quia infirmum ac iniuste fuit comm. 18. Nec ea intentione institutum fuit, vt in perpetuum

tuum maneret, sed usque ad tempus correctionis *ad Hebr. IX. 10.*  
 Quo veniente, vetus, & Moysica lex debuit abrogari & alias sacerdos constitui iuxta conditionem Melchisedeci, & non secundum ordinem Aaronis *ad Hebr. VII. 11,* qui haberet perpetuum sacerdotium, *comm. 24,* & perficeret, quod illi sacerdotes non potuerunt. *Lex enim homines constituit Pontifices infirmitate laborantes;* at sermo iuris iurandi, post legem concepti, *Filium constituit in aeternum consummatum ad Hebr. VII. 28.* Hoc secundum interpretationem Apostoli, perfecte ostendit conditionem Melchisedeci, iuxta quam Christus Messias sacerdos in aeternum esse debuit. Nec opus est cum HAMMONDO (34) in eam descendere sententiam, vt Christo duplex tribuatur sacerdotium: aliud Aaronicum in eo consistens, vt victimam pro peccatis nostris in hac terra offerret, quodque desierit; aliud Melchizedecianum, quod benedicendo perficiatur, & duret in perpetuum. Quamuis enim Moses de Melchisedeco, praeter 70 benedicere, nullum actum sacerdotalem commemoret; haud tamen alio, ille cum Christo, respectu conferatur, quam qui huius dignitatem personae, & officii perpetuitatem repreäsentat; actum autem sacerdotalem nulla sit mentio; Christus vero expresse tanquam sacerdos secundum rationem Melchisedeci, sacerdotibus, qui ad ordinem Aaronis esse dicuntur, opponitur *cap. VII. 11.* Ex eo vero, quod Melchizedecus sacrificia obtulisse nullibi legitur, minime inferri potest, eum nunquam victimas immolasse. Nisi enim hoc actu sacerdotali functus fuisset, qua ratione & quo iure dici potuisset sacerdos? cum sacrificia & sacerdos diuelli nequeant.

## §. XI.

Messiam esse sacerdotem debuisse; idque in Iesu Nazareno suum inuenisse complementum, eumque sacerdotem illum benignissime promissum fuisse, copiose hactenus adstruxi. Nunc quaestio succedit: In quo consistat ipsius sacerdotium? vel an Christus verus sacerdos fuerit? Quæstio duplēm sensum ferre potest.

D

Primo:

(34) vid. SCHOMERI *Collegium Noviss. Controvers. Cap. XL. §. XIII.*  
*pag. 115.*

Primo : Num fuerit sacerdos typicus , an antitypus omnium sacerdotum Vet. Testamenti ? Dein : virum fuerit sacerdos in proprio significatu ; an sacerdos metaphorice dictus ? Prius nulla laborat difficultate . Christum enim non sacerdorem quendam typicum , sed verum anti-typum fuisse , satis edocet Epistola ad Hebreos data . Paulus cap. IV , 14 , eum nominat Pontificem magnum , qui transiit coelos , Iesum Filii Dei &c . Pontificem futurorum bonorum cap. IX , 11 ; ministrum bonorum sacrorum & tabernaculi veri cap. VIII , 2 ; Opponit eum sacerdotibus V. Tri , vt peccaminosis & mortalibus hominibus & sacerdotibus infirmis , qui nihil consummare potuerunt , describit Christum tanquam sanctum , aeternum , coelestem & consummatum Pontificem cap. VII , 23 sqq , 28 , cap. VIII , 1 sqq , IX , 11 sqq , comm. 24 sqq . X , 11 sqq . Paucis : tanquam sacerdotem secundum ordinem vel conditionem Melchisedeci , & non iuxta ordinem Abaronis cap. VII , 11 . Posteriori autem a SOCINIANIS , hostibus diuinitatis & satisfactionis Christi , impugnatur ; qui Christo nullum aliud quam sacerdotium figuratum relinquunt . Catechismus Racouensis ( 35 ) de eo ita loquitur : Munus Christi sacerdotale cum munere Christi regio , nimis arcte coniunctum est . Munus sacerdotale eo situm est , quod quemadmodum pro regio munere potest nobis , in omnibus nostris necessitatibus subuenire : ita pro munere sacerdotali subuenire vult , ac porro subuenit , atque haec illius subueniendi seu opis adserendae ratio sacrificium adpellatur . Additur quoque insimil in quaestione sequente : Vocatur ita figurato loquendi modo . Plura SOCINIANORVM testimonia cumulare supervacaneum existimo , quae larga scriptores Anti-Sociniani subministrant manu , quia quoad rem ipsam omnes consentiunt , eti in specialioribus scripturae explicationibus ac detractionibus dictorum SSae , a se invicem dissentiant . Mens SOCINIANORVM , vt paucis indicem , haec est : Christum non esse propri sic dictum sacerdotem ; & officium ipsius sacerdotale cum eo , quod Regium vocatur , esse vnum idemque , & consistere in hoc , vt auxilium ferat in omnibus necessitatibus . Eo autem virumque differre ; quod tanquam Rex possit ; tanquam sacerdos au-

tem

( 35 ) Quæst. 476 , pag. 960 sq. edit. recentiss. 1739.

tem velit nobis auxilio esse. Quam parum vero id scripturae congruat, probatu facile est. Christus est talis Pontifex & sacerdos, quales erant Pontifex & sacerdotes in V. Tto. Comparatur enim cum illis, & antiquo in suo tertio respondeat, necesse est. Alioquin comparatio haec locum non inueniret. Fuisse autem Pontificem summum & reliquos sacerdotes V. Tri, sacerdotes proprie dictos, aduersarii non negant aut negare, non possunt. Sacerdos namque aliquis dicitur in relatione ad officium suum. Is igitur erit sacerdos proprie dictus, qui legitime vocatus ea peragit, quae sacerdoti peragenda sunt; siue & pastor proprie dictus nominandus venit, qui ea peragit, quae Pastori conueniunt. Quaenam autem sunt ea, quae sacerdotibus, ratione officii competunt? Actus sacerdotii sunt varii, quorum illos tantum excitabo, ad quos h. l. res maxime reddit. Sacerdotem oportet sacrificia offerre, & qui sacrificia offerit, is munere sacerdotis fungitur. Leuitae quidem sacerdotio iam constituto, sacrificia quandoque obtulerunt; sed id fecerunt non vi muneris sui, sed extraordinarie, cum ad sacra haec peragenda a sacerdotibus vocarentur. Solide S. R. Dn. CARPOZOVIVS (36) id exponit: *Officium Leuitarum a Sacerdotum officio tanto seiuncum fuit intervallo, ut se Leuita, sacerdotales partes inuaderet, - capite hoc ipsi luendum esset. - sed haec de ordinario ministerii modo sunt capienda.* Quando vero talia ingruebant tempora, quibus sacrificiorum numerus & molles, facultatem superaret sacerdotum, has in partes officii quoque Leuitas vocasse, exemplo constat. Posthaec etiam in solemnni Paschatis celebratione, Leuitae agnos iugulabant paschales pro omni immundo, etc. Hinc inuidet colligitur: Quorū officium est sacrificare, is est proprie dictus sacerdos; Atqui officium Christi fuit ut sacrificet, Ergo is proprie dictus fuit sacerdos. Maiorem & minorem Pauli verbis probabo: *Omnis Pontifex ex hominibus adsumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae apud DEum agenda sunt: ut offerat dona & victimas pro peccatis ad Hebr. V, 1, & cap. VII, 3, 4.* Ad Christum ea adplicat: *Omnis enim Pontifex ad offerenda dona & victimas constituitur; unde necesse fuit, hunc quoque habere, quod*

D 2

offe-

(36) Apparatu Historico Critico Antiquitatum S. Codicis & gentis Hebraeae pag. 106.

offerret. Nam si esset in terra, ne sacerdos quidem esset, manentibus illis sacerdotibus, qui secundum legem offerunt dona. Quis ergo negaret Christum fuisse sacerdorem proprie dictum? Ad obiectionem, quam aduersarii a sacrificio, quod figuratum adpellant, perunt, dein, eeps responsurus sum. Heic loci de notione sacerdotalis & regii officii, quam SOCINIANI confundunt, vtrumque in auxilio collocantes, adhuc moneo, eam esse inventum arbitrarium & ineptum, quod neque cum vulgari de vtroque officio conceput, neque cum SSA conciliari potest. Aliud quid nobis concipimus, quando men vtriusque in sola potentia & voluntate iuuandi versaretur; nemo Rex salutari posset, nisi insimul esset sacerdos; cum alias subditos quidem possit, sed nolit iuuare. Quando vero, tam Rex quam sacerdos opitulari, dicuntur, ad generalitatem vocis se callide recipiunt dissentientes, qua ratione cuncta facile peruerterunt, v. g. Patronus iuuat, medicus iuuat; num ergo Patronus & medicus coincidunt? Christus nonsolum potest, sed & vult nos iuuare, si ipsum tanquam Regem considerauerimus; nec tantum vult, sed etiam potest iuuare, si ipsum tanquam sacerdotem spectemus. Alia autem ratione auxilium adfert prout Rex, alia, prout sacerdos est. Rex & sacerdos quidem insimul est, sicut & Melchisedecus fuit; sed aliud quid denotat regium; aliud sacerdotale eius officium, quae duo in ipso Psalmo C.X. comm. I § 4, a se inuicem satis distinguunt.

## §. XII.

Quid autem est illud, quod Christus sacrificauit? alii sacerdotes offerebant dona & sacrificia ad Hebr. VIII, 3, IX, 9, quae ab aliis adferabantur; sed Christus sacrificauit semetipsum, & propterea nonsolum actiu se immolasse, sed & passiu se immolatus esse dicitur. I Cor. V, 7, & ad Hebr. IX, 28, τὸ πάσχα οὐαὶ ἐθύη, χριστός; obtulisse se ipsum ἀμείωτον τῷ Θεῷ, & ab ipso DEO immaculatus & irreprehensibilis in satisfactione, quam praefititur, haberet, ad Hebr. VII, 27, IX, 14; animam posuisse vel dedisse θεῷ οὐαὶ Εsa. LIII, 10; aboleuisse peccatum dei ηγέρης θυσίας αὐτοῦ ad Hebr. IX, 26; peccata nostra sacrificasse εἰ τῷ σάπεστῳ οὐαὶ

ποιῶν ἐπὶ τῷ Χρίστῳ 1 Petr. II, 24; nos sanctificasie διὰ τῆς προσφορᾶς τὸν σάμαχον τὸν Ἰησοῦν χριστὸν ad Hebr. X, 10; tradidisse se ipsum pro nobis προτρόποντα καὶ θυσίαν ad Eph. V, 2; dedisse se ipsum ὑπὲρ τῶν ἀμερίστων ὑμῶν Gal. I, 4, II, 20, ad Eph. II, 16, ad Col. I, 20, 1 Tim. II, 6, ad Hebr. I, 3. Pater hinc Christum nonsolum sacerdotem, sed & insimul ipsam victimam esse. Neque contradictionem hoc quandam, quam sibi quis fingere posset, involuit, prout in sacrificiis sacerdotis hominis nudi esse videtur. Quodsi enim Christus in epulo spirituali & sacramentali hospes & cibus simul esse potest, quidam in actu sacerdotali simul sacerdos & hostia esse posset? Pertinent haec ad praerogativam sacerdotii Christi. Supracoelestia enim oportet mundari sacrificiis melioribus, ait Paulus ad Hebr. IX, 23, eminentiam victimae Christi significaturus. Tametsi enim Christi victimā vñica sit; eminentiae cauſa multitudinis numero adlegatur, cuius ratio redditur tamen ad Hebr. IX, 12: Neque per sanguinem hincorum & vitulorum, sed διὰ τὸν ἴδιον αἵματος ingressus est in sancta. Nec obici potest, (quod obiciere sibi posset, qui sacerdoti tribui non posse, opinantur, quod sanguini & morti adscribitur) Christi sanguinem & mortem veram victimam esse pro peccatis nostris. Nam sacrificium rei viuentis non sine sanguinis effusione fieri potuit, sine qua nulla remissio ad Hebr. IX, 22, & non absque more animalis mactati absolui potuit. Christus hinc iure dici poterit victimā, & nihilominus passio ipsius & mors eodem nomine significari. Indicat enim haec modum, quo ipse pro nobis oblatio factus est. Quoniam autem sacrificia, quae lege Leuitica praecipiuntur, varia sint (37), ac ratione finis, ad quem tendunt, generatim alia dicantur expiatoria vel hilastica, quibus peccatorum culpa & poena auferebatur; alia pacificatoria vel salutaria, quae boni obtainendi vel obtenti causia adferebantur; haud difficulter intelligitur, Christi sacrificium hilasticis adnumerandum esse. Expressè illud dicitur oblatio pro peccatis Esa LIII, 10, ad Hebr. X, 12, & hostia pro peccatis comm. 26; immo victimā, per quam peccata abolentur cap. IX, 26. & 28, quia Christus omnia

omnia reconciliavit, pacem faciens per sanguinem crucis suae per se ipsum ad Col. I, 20; quia ipse ἵλασμός περὶ Γάνθον ὁλον γόνον κόστον απαγγίλων I Joh. II, 2; quia mundationem peccatorum nostrorum fecerit per se ipsum ad Hebr. I, 3. Manifesto inde adpareat, sacrificium Christi esse verum sacrificium, quod ab ipso, tanquam proprie dicto summo sacerdote, oblatum est. In quoquinque enim sacrificio Christus se ipsum corpore & anima, patiendo ac moriendo pro nobis nostrisque peccatis, DEO obtulit; id ipsum verum est sacrificium, verum expiatorium. Ex quo porro colligo: Si Christus verum & proprie dictum sacrificium obtulit, sequitur, ut ipse verus etiam sit sacerdos.

## §. XIII.

Haec est potissima quaestio, ad quam in contiouersia de proprie dicto Christi sacerdotio omnia redeunt, nempe: An sacrificium Christi, sacrificium proprie dictum sit, nec ne? SOCINIANI tacentur posterius. Sententiam eorum tribus positionibus, succincte complestar, eorum rationibus primariis adiectis & confutatis. Primum negant, Christum in verum sacrificium expiatorium sese tradidisse. Nihil quidem clarius dici poterat his: πᾶς δοκεῖ εανὶ δὲ οὐτέ τινεὶ προσφέρειν καὶ θυτικὸν τὸ θεῖον εἰς οὐτισμὸν εὐαδίας; sed quam fraudulenter ea detorquent SOCINIANI? Formatur ab iis quaestio (38): Cur Apostolus, ait, Christum femit ipsum tradidisse victimam & oblationem DEO in odorem suavitatis? & responso sequentibus additur verbis: in illo loco citato expendendum est, Apostolum non ita loqui, quod Christus se ipsum obtulerit DEO pro nobis; nam hoc verbum tradidit non debet coniungi cum vocē oblationem, verum per se debet legi, quod Christus femit ipsum tradiderit, subintellige, in mortem. Nam eo sensu verbum tradendi usurpat aliis in locis Scriptura ad Eph. V, 25, ad Gal. II, 20, Rom. VIII, 32, Porro, sequentia verba: victimam & oblationem DEO, in odorem suavitatis, sunt veluti illustratio & commendatio istius operis Christi, quod femit ipsum tradidisset. - - Quemadmodum

(38) Catechismo Racouiens. num. 484, pag. 1006. &amp; 1007.

dum simili loquendi genere alibi alia bona opera commendantur, ut ad Phil. IV, 18, ad Ebr. XIII, 16. Habemus hic exemplum ex-  
egesios Socinianae, vel effrenis potius eorum textum sacram per-  
uertendi licentiae. Diuellunt voces pro lubitu, quas grammatica con-  
structio & rei indeoles coniungunt, vt nexus inter τὸ tradere  
Christi & sacrificium, quod DEO placet, laceretur, quasi haec  
locutio scripturae alias ignota & inusitata sit. Nonne ad Hebr. IX,  
14, sanguis Christi (in oppositione ad sanguinem hircorum &  
vitulorum vers. 13), qui per Spiritum aeternum se ipsum obtulit in-  
culpatum DEO, emundare dicitur conscientiam nostram a mor-  
tuis operibus ad colendum DEum viuum? sed hi distinguunt in-  
ter τὸ tradere, quo mortem Christi intelligunt, & τὸ offerre  
DEO. Illud praemitti tanquam nudum aliquod antecedens, in  
terra peractum, quod cum sacrificio nihil commercii habeat; hoc  
autem esse ipsum verum sacrificium (insignificatu scilicet impro-  
prio), vtpore in coelis factum. Et vt probent, τὸ tradere Christi  
mortem ipsius innuere, referunt se ad tria illa dicta, quae excitaui.  
Quis haec repudiauerit? sed num illa sacrificium tollunt, in eo con-  
sistens, vt Christus se pro nobis in mortem tradiderit. Tamen enim  
Rom. VIII, 22, traditio de Patre adhibetur, cuius autem vo-  
luntas a Christi voluntate diuersa non est, inde tamen colligi nequit,  
traditionem ad sacrificium haud spectare. Pater quidem non est sa-  
cerdos, nec sacrificat; sed nec ita concludimus: vbi est traditio,  
ibi sacrificium; sed vbi est traditio sui ipsius, eius, qui alias sae-  
pe sacerdos dicitur, pro nobis, ibi datur mors expiatoria, & sacri-  
ficium; vel vt Apostoli verbis id potius esseram: Qui se ipsum  
pro nobis DEO oblationem & victimam; DEO in odorem bo-  
nae fragrantiae tradidit, is se ipsum, vt veram & proprie dictam  
victimam, obtulit. Ex illa autem, quam SOCINIANI fingunt,  
vocum detorsione hic inconueniens oritur sensus: Christus est  
mortuus, & quamvis ille, dum mortuus est, DEO nihil sacrificia-  
uerit; nihilominus mors eius fuit donum & victima DEO in odo-  
rem bonaे fragrantiae. Hoc innititur falsae & impropriae ex-  
plicationi donorum & victimae, quae additur, nec locis adductis  
vindicari potest. Quis est ille concludendi modus; Si ad Phil.

IV, 18,

*IV. 18, & ad Hebr. XIII, 16.* vox *victima* improprie adcepitur ; sequitur , vt illa & in hoc loco improprie adcepi possit vel debe. at Quam male Scripturae S. sua certitudo ac perspicuitas constaret, si quando vox quaedam , semei vel aliquoties , significatu figurato sumitur , dubitandum sit , vbinam illa improprie vel proprie adcipiatur ? Quod ut exemplo illustrem : τὸ πνεῦμα *Ioa. III, 8.* denotat ventum : Ergo eadem vox vel *Ioa. IV, 24,* vbi de DEO eiusque veris cultoribus adhibetur ; vel *ad Hebr. I, 14,* vbi de angelis occurrit , per *ventum* deber aut potest exponi. Oraculis Scripturae S. supra allegatis *victimam* proprie dictam intelligi non posse , docent textus circumstantiae & res ipsa ; quae autem ad Christi passionem & mortem applicari nequeunt . Constat & immota est exegesis regula , proprietatem litterarum non esse deferendam sine virgente necessitate ; sed in textu *ad Eph. V,* ne leuissima quidem ratio vel veltigium aliquod deprehenditur , quod ad figuratum interpretationem nos deducat . Omnia sacrificia cruenta & proprie dicta V. Tti, manuducunt nos ad mortem Christi ; & Nouum Testamentum sine villo figuratae dictio[n]is indicio , in Christi morte sacrificiali implementum monstrat . Integra Epistola ad Hebraeos agit de sacrificio quodam proprio Christi , dum sacrificia V. Tti tanquam ipsius typos excitat . Si quis excipiat : verba , *in odore bonae fragrantiae* , competere tantum sacrificii pacificis , nulla autem ratione de expiatoriis praedicari posse , sufficere posse , generatim respondisse , omnia ideoque sacrificia quoque pacifica Christum praefigurasse . Sed euoluantur solummodo leges de sacrificiis litaे , atque facile parebit nonsolum sacrificia eucharistica , sed & sacrificia pro peccatis , sacrificia vocari Domino in odore bona fragrantiae . Comparetur *Leuit. II, 5,* ( vbi de sacrificio eucharistico Moyses testatur , esse igne absuntum , odoris grati iehouae ) cum *Leuit. IV, 31,* quo praeceptum quoddam de sacrificio pro peccato his verbis concipiunt : *Totum eius adipem auferens , sicut auferunt e sacrificio eucharistico adeps ; adolebit eum sacerdos in ipso altari , in odore quietis ( fragrantiae bonaे , DEO adcepsum , non physice sed moraliter ).*

S. XIV.

## §. XIV.

Ab hoc SOCINIANORVM errore generali, alias prouenit specialis, quo illi Christi passionem & morientem sacrificium pro peccatis fuisse, negant; eamque non nisi præparationem ad sacrificium, quod in coelis perficiendum fuerit, vocant (39). Prius hocce probare conantur, quia Christus nulla alia ex causa mortuus sit, quam ut DEI voluntatem nobis confirmaret; & postquam expulerunt, qua ratione sanguis aut mors Christi nobis voluntatem DEI confirmarit, addunt quaestionem: *Nonne est etiam aliqua alia mortis Christi causa?* & regerunt: *Nulla prorsus. Esi nunc vulgo Christiani sentiunt, Christum morte sua nobis salutem meruisse, & pro peccatis nostris plenarie satisfecisse, quae sententia fallax est & erronea.* Quaecunque hic adserunt, sunt mera SOCINIANORVM commenta. Veram enim mortis Christi causam, sacrificium scilicet pro peccatis nostris, cum fateri nolint; & nihilominus videri nolint, Christum sine omni causa mortuum esse, adserere: causam hanc mortis Christi, quam reddunt, ex suo cerebro confinxerunt, ut diuinam voluntatem a se patefactam nobis confirmaret. Sed de his aliis in Scriptura S. est silentium, ex qua ramen de causa sine mortis Christi fine, vnicce existimare licet. Fallit quoque, si solam rationem consulas, haecce argumentatio: Qui doctrinæ suæ causam mortem passus est, istius doctrina vera sit necesse est. Adcidere enim potest, ut aliquis in manus iniustorum, quod & Christo contigit *Aetor. II.* 23, incidat: immo euenire poterit, ut quis ambitione ac pertinacia inductus, mortem sustinere malit, quam dogmatibus suis, licet falsissimis, nuntium mittere. Nec ipsi SOCINIANI, quando sensus suos penitus interpretari debent, receperunt hypothesis causam non aliter fructum mortis Christi explicare possunt, quam ut Salvator resurgere potuerit. Vnde denique ipsi eo delabuntur, ut adfirmare, longe plus in resurrectione, quam in Christi morte, quoad nostræ salutis negotium positum esse (40). Quanto tutores nos versamur, qui DEI verbum sequentes

E

tes

(39) *Catechismo Racoüienſi quaefl. 374, pag. 700; quaefl. 383, pag. 716;*  
*quaefl. 388, pag. 725.*

(40) *vide l. c. quaefl. 384, pag. 717; quaefl. 386, pag. 722.*

tes, credimus, Christi mortem sacrificium pro peccatis nostris fuisse? Paulus expresse ita docet, Christum mortuum esse pro nobis, cum adhuc essemus peccatores; Christi sanguine nos iustificatos esse; per mortem Christi nos DEO reconciliatos esse *ad Rom. V, 6-10*. Posterius autem: Christi mortem esse praeparationem ad Christi sacrificium; supponit Christi sacrificium non in terra peractum esse, sed in coelis offerri debuisse, de quo nunc dispicere lubet.

## §. XV.

Quicquid SOCINIANI, ut haec tenus exposui, de Christo tradunt, eum scilicet se ipsum non sacrificasse, & de passione ac morte ipsius adserunt, eam non fuisse sacrificium piacularum seu pro peccato, ultimato eo tendit, ut evincant, sacrificium Christi non proprium sacrificium fuisse; nec ipsum sacerdotem significatu proprio dici; sed id sacrificium in coelis factum esse, & hue dum fieri, seu consistere in adparitione coram DEO; quae & ipsius intercessio sit; & in effectuua expiatione, qua ingressus in coelum & naestus potestatem nobis peccata remittendi, ab omnibus peccatis eorumque poenis nos liberet & saluet: *Sacrificium eius (Christi) vocatur (41) ita figurato loquendi modo, quod quemadmodum in prisco foedore summus Pontifex ingressus in sanctum sanctorum, ea, quae ad expianda peccata populi spectarent, perficiebat, ita Christus nunc penetravit coelos, ut illic adpareat pro nobis, & omnia ad expiationem peccatorum nostrorum spectantia peragat.* Quae de sacrificio Christi explicatio tam paradoxa est, ut vix crederes, eam quādam specie veritatis palliari posse. Sed quo praeconcepta opinonis studium, & peruersus rationis v�s, homines non abripiunt? Primarias eorum obieciones paucis adducam & destruam. *Aiunt* (41) *in V. Trō mactationem animalis, sanguinis effusionem & reliquias circumstantias fuisse praeparationes ad sacrificium, non autem ipsum sacrificium, quod dein & sub ingreſsum summi Pontificis in sanctissimum peractum sit; ita & Christum non in passione ac morte, sed in coelis demum sacrificium obrulisse.* Scire vellem, quibus rati-

(41) *Catech. Racouienſis quæſt. 477, ſqq. pag. 961, 992.*

rationibus id probari queat. Aduersatur eis notio vulgaris ac SSae, quo minus adspersio sanguinis, quae in sanctuario fiebat, sacrificium audiat, cum usu sacro & profano sacrificium dicatur, quando animal maceratur, eiusque sanguis effunditur. Alioquin plurima sacrificia, refragante lege, ita adpellari non poscent, cum summus sacerdos non nisi quotannis sanctissimum ingrederetur, nec reliquarum victimarum sanguis in sanctum deportaretur, *Levit IV, 5, VI, 30, VIII, 15, IX, 9.* De Christo autem Scriptura S. testatur, quod pacem fecerit per crucem *ad Eph. II, 15 & 16,* & quod peccata nostra tulerit in corpore super lignum *i Petr. II, 24.*

2) Christum per maius & perfectius tabernaculum summum Pontificem esse *ad Hebr. IX, 11,* & ipsum coelum ingressum esse *cap. IX, 24.* Ex quo tamen nihil aliud sequitur, quam Christum perfecto sacrificio, coelum intrasse; neutiquam vero se illuc contulisse, ut ibi se immoleret. Sequeretur alias, eum saepe se sacrificasse, quod tamen Paulus negat, e contrario adstruens, eum semel adparuisse, ut per ipsius hostiam aboleret peccatum, ac semel hostiam pro peccatis, oblationem corporis sui, sacrificaret *ad Hebr. IX, 25, 26, 28. X, 10, 12.*

3) Paulum expresse dicere, si in terra esset, ne sacerdotem quidem esse, *ad Hebr. VIII, 4.* Ex quo colligunt, Christum, quounque in terra fuerit, sacerdotem non fuisse, nec ibidem se obtulisse. Quemadmodum autem de Pontifice V. Tri dici nequit, rum deum factum eum esse Pontificem, cum ingressus sit sanctissimum; ita nec de Christo adseri poterit, eum sub ingressum in coeleste sacrarium sacerdotem factum esse, neutiquam vero fuisse, quounque in hac terra commoratus est. Fuit enim sacerdos secundum ordinem Melchisedeci; sed Melchisedecius erat sacerdos in terris; immo fuit summus sacerdos, cum purificationem peccatorum nostrorum faceret; dein autem confedit ad dextram DEI *ad Hebr. I, 3, VIII, 1.* Variant quidem interpres circa expositionem horum verborum; sed omnes in eo conueniunt, ut dissentientium errores conuellant. Verba S. R. Dn. D. PFAFFII (42) excitare luber:

---

(42) *Diff. Theol. in verbis sacra ad Hebr. VIII, 4: Si Christus esset in terra, profecto sacerdos non esset, pag. 6.*

Negat Ialtem (Apostolus), si tum temporis cum scriberetur ad Hebraeos Epistola, templo secundo adhuc stante, in terra esset, Christum futurum sacerdotem iuxta legem Moysaciam, extantibus, quod notanter additur, sacerdotibus offerentibus, secundum hanc legem, dona.

## §. XVI.

Quum igitur ex haecenüs dictis pateat, Christum verum esse Pontificem & veram victimam; vel quod eodem redit, verum sacrificium obtulisse, id non sine praeognanti ratione factum esse, & eximios fructus aduluisse, nemo non sua sponte existimabit, Confitunt illi generatim in eo, quod Christus, partim iustitiae diuinæ fecerit satis, partim hominibus quoque auxilio venerit, hoc est, eos ab omni malo liberari, & e contrario bona quaevis illis adquisuerit. Vtrumque coniunctum sumere nos oportet, nec a se inuicem separare, cum posterius sine priori fieri non potuerit, Variis phrasibus ac vocibus id scriptura indicat, quas omnes SOCINIANI, qui veritatem sacerdotii Christi, eiusque victimæ negant, violenter torquent. Nunc scriptura in genere adserit, Christum pro nobis ac peccatis nostris passum ac mortuum esse Rom. V, 6, 8, 1 Cor. XV, 3, ad Gal. I, 4, 1 Pet. II, 21; quod SOCINIANI (43) ita explicant: Christum passum & mortuum esse propter nos, ut doctrinae suae veritatem obsignet, & suo exemplo nos ad adsensum & obdientiam commoueat, & proper peccata nostra, eodem sensu, vt nos peccatores sua doctrina ac exemplo a peccatis deducat & ad pietatem excite. Sed obseruandum est, vocis *προὶς*, aliud esse sensum quando de personis; aliud quando de rebus adhibetur. Quoties de personis dicitur, non rectius conuertitur, quam per pati & mori loco alicuius, ne alteri patiendum ac moriendum sit. Paulus dum ad Rom. V, 7, dicit, vix quenquam pro iusto, forsitan pro bono (44) mori sustinere, nullum alium sensum

(43) Catechism, Ratouens, quæst. 400, pag. 772.

(44) Voces & θεασ & αγαθος hic non in neutro, vt rem iustum aut bonam indicent; sed in masculino, vt hinc hominem iustum siue virtute praeditum, sed nec iniuria nec beneficio alteri cognitum,

sensum intendit, quam hunc: ut vice & loco eius moriatur, a morte ac perditione eum liberaturus. Aperte id docet particula *avisi*, quae v. g. *Matth. XX, 28, Marc. X, 45*, occurrit, & significacionem commutationis & surrogationis sustinet (45). Alter explicanda est particula *pro*, quando de rebus & speciatim delictis viuratur; quo casu denotat *poenam illorum tuere*, eaque innuitur, Christum peccatorum nostrorum poenam dedisse, vt *Ezias LII, 5*, de Messia inquit, *Ipsum dolore adfici a defectionibus nostris, adteri ab iniquitatibus nostris* etc. Aliis autem in locis scriptura id vocat redemtionem, i. e., liberationem (a peccatorum culpa, dominio & poena, ira scilicet DEI, ac poenis & temporalibus & aeternis), mediante certo prelio, quod soluitur. SOCINIANI hanc explicant simpliciter per liberationem, & redemtionem metaphorice adcipiunt, hac de causa, quod in nostra liberatione nemo est, qui adcipiat aliquid liberationis nomine, quod in vera redemtione semper inueniri necesse est (46). At quamvis redemtionis vocabulum nonnunquam improprie sustinatur, vel de redemtionis fructu, vt *Luc. XXI, 28, Rom. VIII, 23*, qui tamen aetum propriae redemtionis supponit; nihilominus in sede doctrinae & quoties de Christo adhibetur, propriam redemtionem, innuit, quod, vel adposita voce generali *Ιησος ας λυτρων*; vel speciali sanguinis Christi aut animae Christi &c. designatur, vt *Matth. XX, 28, I Cor. VI, 20, Eph. I, 7, Gal. III, 13, I Tim. II, 6, I Petr. I, 18, 19*. Is vero cui *λυτρόν* hoc persolutum fuit, DEus Trinus, vt iudex iustissimus, est, qui id liberationis etiam causa adcepit (47). Porro nominat scriptura Christum, habito respectu ad virtutem sacrificii sacerdotalis, mediatorem i. e., cum, qui pacem inter DEum & hominem constituit ad *Rom. V, 10*. Hinc audit vnicus μετόχος DEI & hominum *I Tim. II, 5*, qui se qua talis dedit redemtionis premium

E 3

pro

tum; hinc ut hominem beneficum inferant, adcipiendas sunt, ut optime docet WOLFIVS *Curis Philol. & Criticis ad b. l.* pag. 85.

(45) Vide SEBAST. SCHMIDIVS Collegio Biblio posteriori pag. 67.

(46) *Catechismus Racoou, quæst. 402, sqq.* pag. 779.

(47) Vide REINBECK *vor der Erlösung durch das Löse-Geld des Blutes Jesu Christi Part. II*, pag. 251, qq.

pro quibusuis, *comm.* 6, & mediator fuit morte ad redemtionem transgressionum & consequacionem vitae aeternae *ad Hebr. IV, 15.* Quam coæte igitur a SOCINIANIS mediatorium officium ad officium Christi Propheticum trahitur, & Christus cum Moze comparatur (48), qui DEO non satisfecerit? lubens equidem concedo, dari mediatores nudos; sed hic quaeritur, qualis mediator, Christus, vnicus ille μεσῆς, secundum loquendi modum, qui scriptura frequentatur, fuerit? Comparatio Mosis cum Christo ultra tertium extendi non deber, quamvis & Moses plus fecerit, quam nudus interpres *Exod. XXXII, Num. XIV, 19, sqq.* Vterius mention fit propitiationis alicuius aut reconciliationis & expiationis. Illa respectum ad DEum; haec autem ad peccata hominum dicit. Vtraque autem refert se ad Christi passionem & mortem, tanquam medium, quo haec perfecta est. Propitiatio consistit in eo, quod Christus iram DEI placauerit, eumque hominibus fauente seu amicum reddat, *ad Rom. V, 10, ad Col. I, 20.* Quam absone id peruerunt SOCINIANI, nugantes, nos DEO, neutiquam vero DEum nobis reconciliatum esse, dum DEus nobis per Christum viam, unionis secum restituendae, manifestauerit; hic quoque illum nobis indicauerit (49). Profavit hoc ex falso illo principio, DEum non irasci, deititiu iustitia vindicativa essentiali, hominibus nunquam fuisse inimicum, nec ideo concilione istius opus fuisse, quod supra iam adiigi. Expiatio e contrario eo tendit, vt Christus sanguine & morte sua peccatorum nostrorum culpam ac poenam abstulerit *ad Rom. III, 25, 1 Ioa. II, 2, IV, 10, ad Hebr. II, 17.* Vnde ea dicuntur quoque purificatio peccatorum a Christo per se ipsum facta *ad Hebr. I, 2.* Vtraque SOCINIANIS nil aliud denotat, quam liberationem a peccatorum poena; dum Christus nos morte sua, inde a resurrectionis tempore commouerit, vt remissionem peccatorum adipiciamus, & vi potestatis, quam in coelis obtinuit,

(48) vide, *Catech. Racouienf.*, quæst. 405, 406, pag. 790.

(49) vide, *Catech. Racou.*, quæst. 407, 408, pag. 791, sqq; quæst. 411, 412, pag. 820.

(50) vide, *Catech. Racou.* quæst. 478 Ḷ 479, pag. 966, Ḷ 975; quæst. 485, pag. 1015.

tinuit, peccatorum poenas & dominium aetui tollat. Quasi omnis liberatio sit expiatio quaedam, nec plus ad hanc requiratur, sicut tum usus vulgaris, tum scripturae phrases, in primis sacrificiales indicant. Plura ut addam, haud necesse esse, opinor, quandoquidem iam sufficienter ex his adparet, in quo usus & fructus sacerdotii & victimae Christi consistant.

## §. XVII.

Praemisi hanc doctrinam SSae phrasibus comprehensam, quia Theologi dogmaticis ac polemicis tractationibus, rarius his, quam *satisfactionis* & *meriti* vocabulis uti consueuerunt. Solet quidem excipi haec nomina esse ἀγαθα. Sed esto, esse illas mere ecclesiasticas, ideo tamen non reiiciendas sunt, quia paucis omnibus exprimunt, quae ad utilitatem sacerdotii & victimae Christi pertinent, & in scriptura s. pluribus verbis seorsim & per partes propounduntur. Iam dudum autem Theologi obseruarunt, utramque vocem ad Rom. V, 16, 17, 18, occursero. B. WOLFIUS id breuiter ostendit (51), his verbis: *Δικαιωμα est satisfactio Christi seu obedientia tam activa quam passiva, quae posterior committitur per vocem υπακοης in primis innuitur; δικαιοvin est meritum Christi, morte eius partum, quod fide nobis applicatur, conf. ad Rom. III, 22; δικαιowis denique est actus ipse iustificationis, quae ex satisfactione Christi fide adprehensa consequitur. Satisfactio complebitur cum actu, tum fructum, & in formalem atque effectuam distinguitur.* Formalis est plenaria praefatio illius, quod exigitur, siue fiat a gendo, siue patiendo. Effectiva includit omnia commoda, quae formalis adquisiuit, siue sint priuativa, siue positiva. Ex quo patet, unico hoc vocabulo omne contineri, quod ad Christi sacerdotium, victimam, eiusque usum pertinet: immo indicat praeterea, Christum non aliquid, sed quicquid iustitia flagitauit, praestitisse, ideoque adeptionem, quam ARMINIANI aliisque substituunt, merum signum esse. Quod autem ad vocem *meritum Christi* adtiner, ea proprie denotat tantum fructus & effectus sacerdotii & victimae Christi. Dubitant quidem nostra aetate nonnulli, Chri-

sto,

(51) *Caris Philol. & Criticis ad Rom. V, 16, 100 & 101.*

sto, proprio significatu meritum tribui posse. Sed, si considerarent, Christum sponte sua & solo amore impulsu se pro nobis obtulisse; fructus autem victimae suae, peracta satisfactione, pleno iure a DEO exigere potuisse; subtilitate sua desisterent, nec vocem diu receptam vterius sollicitarent.

## §. XVIII.

Theologorum igitur lingua retenta, quaestionem nunc executiam: Quinam ii sint, ad quos communis & utilitas satisfactionis & meriti Christi redunderet? Theologi distinguunt obiectum reale a personali, idque non immerito. Quodsi enim de satisfactione formalis loquar, respondeo: Christus satisfecit i. e. obedientiam attuam & passuum praefecit pro omnibus non solum hominibus (tanquam obiecto personali), sed etiam pro omnibus peccariis & peccatorum poenis, speciatim pro incredulitate quaque finali & peccato in Spiritum S.; pro reatu non solum culpae, sed etiam poenae, immo & macula; pro poena temporali & aeterna (tanquam obiecto reali). Si vero sermo sit de satisfactione effectiva, sive merito Christi, obiectum personale tantum nominari potest. Sensus enim quaestione hic erit: Ad quos pertinent fructus satisfactionis Christi formalis, vel meritum Christi? sed quia satisfactione Christi effectiva, vel meritum Christi ipsum adferre potest nemini, pro quo Christus formaliter non satisfecit, hinc colligo: ad quos satisfactionis formalis fructus, vel satisfactio Christi effectiva & meritum Christi pertinent; pro iis Christus quoque formaliter satisfecit, v. g. si Christus homines a morte & inferno liberavit, sequitur cum quoque pro poena mortis & inferni, quam homines promeruerant, formaliter satisfecisse; Atqui Christus homines a morte & inferno liberavit &c. Ergo & Christus pro poena mortis & inferni formaliter satisfecit. Minorum probant dicta *Hof XIII, 14,* *1 Cor. V, 55.* De obiecto equidem reali nil dicam, nisi quod paucis quaestionem adiiciam: *An Christus quoque maculam peccati in se suscepit?* Inclinante enim superiori saeculo in Anglia, inter *Antinomos* & *Neonomos*, de eo disceptatum esse, constat. Et nullus dubito quaestionem excitatam adfirmare, quia in Christum omnia nostra

stra peccata ita coniecta sunt, vt capropter contemptus & abiectionis virorum audiat *Esa. LIII, 4-7.* Quare nec negari poterit, quod dissentientes faciunt, Christum, quamvis inhaesue sanctissimus fuerit, nihilominus imputative peccatorem dici posse, sicut Paulus *2 Cor. V, 21,* adfirmat, Christum, qui omnis peccati proprii expers fuit, a DEO factum esse peccatum, vel maximum peccatum, vel peccatorum expiatorem (quod peccatorum imputationem praesupponit). Pariter ad *Gal. III, 13,* Christus dicitur: γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάσταται, i. e. maledicissimus. Nec excipere licet, Christum ea quoque ratione furem & scortatorem dici posse. Id enim haud absurdum dictu forer, si addatur, Christum, ut omnes nostras transgressiones, sic & delicta furum & scortatorum in se coniecta, suscepisse. Sed cum ex usu vulgari, voces istae inhaesue ac subjective adhiberi soleant, ideoque nullibi in *SSa* tribuantur Christo, qui non inhaesue, sed tantum imputative peccator fuit, aequum est, & reverentia erga Salvatorem nostrum postulat, vt & nos ab istiusmodi loquendi modis, qui ipso sono suo offendunt, abstineamus. Succincte haec exsequitur b. GRAPIVS (52), plures simul de hae quaestione scriptores adlegans.

### § XIX.

Circa obiectum itaque personale ac quaestionem: Pro quibus personis satisfecit? subsistit; ita, ut satisfactionem formalem & effectuam vel meritum coniungam & complector. Quaestio igitur haec erit: Pro quibus Christus obedientiam suam actiua & passiuam praefliterit? Quibus fructus huius satisfactionis formalis destinati sint? Quibusnam Christus aliquid meruerit? Ad quam respondeo: 1) Non pro se ipso satisfecit, nec obedientia vel actiua vel passiua sibi quid meruit. Quamuis enim obediens factus sit vsque ad mortem, immo mortem crucis *ad Phil. II, 8,* ac legem impleuerit *Matth. V, comm. 17;* sui tamen caufa id non fecit. Ipse enim fuit Dominus legis *Matth. XII, 8,* eique in se non subiectus, sed sponte, in nostrum commodum, se legi subiecit *ad Gal. IV, 4, 5,* omniaque eius praecepta impleuit, ut nos, fide in ipsum, iusti fia-

F mus

(52) *Christologiae recentis controversiae quest. XI, pag. 33, sqq.*

mus ad Rom. X, 4, & per ipsius obedientiam iusti constituamur ad  
 Rom. V, 18, 19. Quomodo sibi etiam quicquam promeruisse dici  
 potest? cum non solum quoad diuinam naturam, per aeternam ge-  
 nerationem, sed & qua humanam, per vnionis personalis gratiam  
 & maiestatis diuinae communicationem, omnia iam habuerit ad Col.  
 II, 9. Quod DEus ipsum, post exinanitionem, ad summam euexit glo-  
 riam, sive plenarium & incessantem diuinae gloriae vsum ad Philip.  
 II, 9, nudum fuit & necessarium aliquod consequens passionis ac  
 mortis ipsius Luc. XXIV, 26, quod, vt sibi demum adquireret, opus  
 non habebat. 2) Porro Christus non satisfecit pro angelis sive bo-  
 nis sive malis; nec iisdem aliiquid adquisiuit. Boni angeli, qui  
 cum reliquis non defecerant, vel DEI inimici, iraeque diuinae ac  
 poenae peccatorum rei facti non erant, satisfactione nulla egebant.  
 Nec magis opus habebant aliquo, qui ipsis quidquam promereri  
 debuit. Acerba enim beatitudo, ipsis, quoniam in veritate per-  
 stiterant, vi diuinae promissionis, circa relationem ad Christum, de-  
 finita ac donata fuit, siquidem DEum verbi ac promissi sui nun-  
 quam poenitere potuit. Mali autem angeli potuissent quidem sa-  
 tisfactore, si datus iis esset, vti, dum lapsi erant, & peccati reatum,  
 tum culpae, tum poenae, incurserant; sed DEus illis non pepercit,  
 in tartarum, catenis caliginis constrictos detrudens, & damnationi  
 ultimae grauissimae seruans 2 Petr. II, 4, Iudae commi 6. Christus no-  
 ster ipsis nullo modo prodesse potuit, vtpote DEI & hominum tan-  
 tum mediator 1 Timoth. II, 5, qui tanquam secundus Adamus ex-  
 piarer transgressiones primi; nec ideo angelorum naturam, sed ho-  
 minum, ex semine Abrahac, adsumsit ad Hebr. II, 16. Quod au-  
 tem non adsumsit, pro eo nec satisfecit. Ex uno enim communi  
 scilicet hominum patre, Adamo omnes sunt, sanctificans & qui  
 sanctificatur ad Hebr. II, 11. Quando vero per Christum omnia  
 reconciliata esse leguntur, quae in coelo vel super terra sint ad Col.  
 I, 20, de satisfactione pro diabolis prolsus non agitur. Intelligitur  
 enim reconciliatio Christi, sanguine & morte crucis facta; sed haec  
 ad diabulos non pertinet. Omnium potius nomine venient omnes  
 homines, qui vel inter coelites iam triumphant, vel in terris adhuc  
 versantur; qui Christi reconciliationi debent, quicquid iam possi-  
 dent,

dent, vel fide exspectant. Remaner igitur 3) Christum satisfecisse vniuersitate pro hominibus. Quod etsi CALVINIANI largiantur, nihilominus, Christum pro omnibus hominibus satisfecisse, inficiantur, & contra adfirmant, adcipiendum tantum de quibusdam, electis solis, seu iis, qui ad vitam aeternam ab aeterno praedestinati sunt, & in tempore actu perueniunt. In eo igitur dissensus a nobis non constitit: An satisfactione Christi sufficere non potuisse, si Deus vellet, omnium hominum peccatis expiandis? id quod dissentientes concedunt. *Consentit pars utraque*, scribit STAPFERVS (53), *Christi meritum infiniti esse pretii, ut multis myriadibus mundorum redimendis sufficiat &c.* Disputatur autem: An ex intentione DEI ad omnes pertineat, ac pro omnibus actu praefixa sit satisfactione Christi? Nec queritur: Vtrum omnes homines usus satisfactionis Christi, ad spiritualem & aeternam vitam, actu reddantur participes? quod nemo Lutheranorum propugnat, cum plurimi non credant; sine fide autem, nemo Christi beneficiis fruatur, *ea. III 16, 18, 36.* Sed annon secundum seriam DEI intentionem, & per sufficientem, a Christo actu praefitam, satisfactionem, omnes homines fructus satisfactionis Christi participare possint & debeat? quod adfirmant *Lutherani*, vniuersalitatem adquisitionis, non autem applicationis docentes; & dissentientes negant, non applicationis solum, sed etiam adquisitionis particularitatem adstruentes. STAPFERVS (54) statutum controversiae quoad dissensum, ita format: *Fræres Augustinae confessionis docent: Christum pro omnibus & singulis hominibus mortuum esse, tam pro electis, quam pro reprobis, quoad remissionis peccatorum imperationem, modo ipsi obicem non ponant.* Reformati contra docent: *Christum non pro omnibus & singulis, sed pro solis electis, ex electione efficaciter vocatis ac fidelibus, passiones & mortem subiisse.*

## §. XX.

Est hic error in primariis, quos *Lutherani* in *Calvinianis* merito damnant. Quum enim credamus, Christum pro omnibus homi-

F 2

nibus

(53) *Institut. Theol. Polem. To. V, cap. XX, pag. 165*, cui addit *EIVS.*

*DEM Grundlegung Part. III, cap. IX. pag. 322.*

(54) *Institut. Theol. Polem. I, c. pag. 213.*

nibus sine discrimine satisfecisse ; ex aduerso *Caluiniani* propugnant, Christum pro nonnullis & tantum paucis, electis felicet mortuum esse. Dogmatibus hic error eorum characteristicis adnumerandus est, quibus Reformati ab omnibus Christianorum religionibus discedunt. Constat quidem inter omnes, ex Pontificiis IANSENISTAS, centum retro annis, hunc quoque errorem defendisse; sed hi ab iis ipsis, qui Pontificiorum sacra sequuntur, pro haereticis habent & dominantur. Inter quinque illas propositiones (55), quas Papa INNOCENTIVS X, 1653 in CORNELII IANSENII, Episcopi Ypresis, Augustino proscriptis, haec quinta fuit & ultima : *Semi-Pelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.* Nec ipsi (56) hoc decreto iniuriam factam esse, testatur ex Reformatis MELCHIOR LEYDECKERVS, qui ex IANSENII Augustino sequentia adducit : *Christus ex Praedestinationis consilio mortuus, solum pro electis mortuus est, eo fine, ut salventur; neque adeo indifferenter omnes redemit, ut ex agro seruari possint, licet reprobi ex eius morte gratiam sed transitoriam recipient.* IANSENII vestigia sequorus est Presbyter ille Oratorii Parisiensis PASCHASIVS QUESNELLIVS, in cuius *Nouo Testamento* CLEMENS XI., Papa Romanus, anno clx Iosephin, constitutione illa famosa *Vnigenitus*, CI propositiones damnauit. Trigesima secunda haec est : *JEsus Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine primogenitos i. e. electos, de manu angeli exterminatoris* (57). Hos autem missos facio, & circa Reformatos subficto. Solent vulgo diuidi in *supra* & *sublapsarios*; quae tamen diuisio, cum proprio respiciat absolutum, quod docent, decretum, non opus erit, vt de ea hic disseram. Vtrique enim consentiunt, Christum non pro omnibus homi-

(55) vid. *Dn. D. Walchii Religions-Streitigkeiten außer der Kirchen Part. I cap. III. Sect. II. §. III. pag. 244.*

(56) *Historia Iansenistri Part. II, de Iansenistri dogmatibus Lib. I. cap. VII, pag. 251.*

(57) vid. *Dn. GOTTLÖB FRIEDER. IENICHEN Histor. Exam. Bullae CLEMENTIS XI. P. R. contra Nouum Testamentum P. QUESNEL. Lemissae, §. XXII, pag. 38, sqq.*

hominibus satisfecisse. Scopo meo proprius adcedit diuisio in *Particularistas & Vniuersalistas*. Illi aperte conseruantur, redemtionem Christi non esse vniuersalem, sed particularem. Hi vero loquuntur de eius vniuersalitate, ac, in nonnullis ad minimum capitibus dictorumque s. codicis quorundam explicatione, illis aduersantur. Ne quid de *Brandenburgiis* ac *Bremensisbus*, superioris saeculi, dicam, hic in primis referendi veniunt *Reformati* illi Galli, qui vulgo *AMYRALDISTAE*, vel *Vniuersalistae Hypothetici* audiunt. Iam negari nequit, hos vniuersalitatem quandam meriti Christi verbis professos, ideoque a ceteris *Reformati* confutatos esse; sed ut tacem illos hanc vniuersalitatem absoneae illi conditioni: si credant, adstringere, addunt insimul, DEum fidem non omnibus dare velle. Recentiorum vero Theologorum Brandenburgiorum, qui vniuersalitatem, cum obiectuum, tum subiectuum adulterunt, & inde *Vniuersalistae Categorici* vocantur, ut mentionem faciam, non opus erit. Singularem enim hi pauci doctrinae methodum eligunt, quam ceteri eorundem Doctores non adprobarent. Praeterea hanc vniuersalitatem ita circumscribunt, ut nemo facile eius vere particeps fiat. Veri *Vniuersalistae* inter *Reformatos* sunt Episcopi Ecclesiae Anglicanae, & plerique, qui cum Ecclesia episcopali faciunt. Sed negari nequit, quod in eo publice a *CALVINO* recedant, nec hoc respectu *Reformatae Ecclesiae* adnumerandi sint (58).

### §. XXI.

Num Christus pro omnibus hominibus; an electis tantum satisferit, ex codice s. diiudicandum est, quo solo DEus, non per rationem, benevolam suam in Christo voluntatem de redemtione ac salure nostra reuelauit. Praecipue etiam res confici debet scripturae s. oracula, quae Spiritus S. magno numero nec frusta consignari voluit, ut ex iis perspicue & sine ambage, satisfactionis Christi ambitum adgnoscamus. Displicer hoc *Reformati*, qui scripturae dicta vel praetereunt, aut leuiter tantum tangunt, vel systema suum, quod

(58) comp. Dn. D. WEISSENBORN *Diss. de Reformatorum Vniuersalismo gratiae frustra iactato*, cl. 17ccxxvi.

in cerebro proprio antea formarunt, in subtilium vocant, ut ex eo in primis errorem deducant vel confirmant. Philosophici ecclesiae huius Theologi, hic maxime excedunt. STAPFERVS (59), postquam Reformatorum particularistarum doctrinam prolixè, cum rationibus & nexus proposuerat, sub finem demum obiter adit: *Sie führen endlich verschiedene Zeugnisse der heiligen Schrifft an, in welchen die Verordnung und Mitttheilung der göttlichen Heils-mittel nur auff eine gewisse Anzahl Menschen eingeschräncket wird.* Fatentur eo ipso, verum fundamentum erroris sui, se non in scriptura; sed ratioiniis humanis, a se ipsis ex cogitatione, inuenire, & scripturæ dicta, tantum nonnulla, quae difficiliora, & cum ceteris, tam multis tamque perspicuis, vix comparanda sunt, hue trahere posse. WYTENBACHIVS (60) libere scribit: *Cum dogma, quod Christus non pro omnibus satisficerit, conexum sit cum veritatis aliis, tam per rationem quam per revelationem immotis, adeoque per eas determinetur, sequitur, analogia fidei esse conforme, immo per analogiam fidei postulari; quare cum Scriptura iuxta analogiam fidei nunquam non intelligenda & explicanda sit, sequitur loca scripturæ, quæ pro redēctione uniuersali afferuntur, eam stabilire tantum videri, non autem reapse stabilire.* Egregia haec methodus est, DEI verbum explicandi, veritatemque doctrinae eruendi! Nonne rectius argumentationem inuerterent: quia scriptura s. toties, tamque perspicue de uniuersalitate satisfactionis loquitur, analogia fidei, quam mihi concepi, minus recte se habet, immo falsa sit, oportet. Analogiam quidem fidei & explicationem scripturæ secundum eam lumbentissime concedo; sed illa ex clarissimis Codicis sacri locis deriuari debet: Illa enim, in se & seorsim considerata, nihil aliud ostendit, quam sensum hunc vel illum posse esse verum, non autem docet, eundem actu verum esse, quod ipsa dicti biblii verba, iuxta regulas interpretandi genuinas adequata, indicare debent. Analogia fidei omnino probat veritates, quae iam exploratae sunt, & manifestat alias, quae per modum conclusionis inde deriuantur. Ea vero

(59) In der Grundlegung zur wahren Religion Part. III, cap. IX, §. IX,  
pag 316, sqq.

(60) Tentamine Theol. dogmat. To. II. §. 960, schol. 3, pag. 797.

vero non est medium primum ac primarium veritatem cognoscendi (si quid ex codicis sacri verbis clare, & citra consequentiam cognosci possit), sed confirmatio tantum veritatis, quae ex perspicuis scripturae locis, iam ante deducta est, & manifesto patet. Haud alia namque ratione, ad fidei analogiam peruenimus, quam singulis primum dogmatibus ex clarissimis scripturae dictis derivatis, & aperite constitutis; dein vero omnibus, de quibus ex scriptura constat, secundum mutuum respectum ac relationem comparatis ac combinatis. Quo iure autem WYTTENBACHIVS analogiam testari potest, cum per illam innuat veritates non tantum revelationis, sed & rationis? num fides nostra principiis quoque rationis innitur? Num voluntatem DEI specialem, ex ratione discere possumus? Num Christus eiusque satisfactio nobis, quoad omnes circumstantias, ex ratione innotescit? Cuilibet hinc patere arbitror, ipsius veritates nihil aliud denotare, quam arbitrariam aliquam combinationem principiorum rationis, quae partim in se erronea, partim, et si in se vera sint, male tamen adplicantur & connectuntur, ideoque nullum systema verum theologicum exhibere queunt. Veritatum revelationis, quo iure hic meminiri? Scholio enim primo, ad quod se recipit, vix dicta quaedam, quae nihil probant, in transuersu adlegavit. Alii iudicent, velim, uter corum iuxta DEI verbum rectius versatur: illene, qui multa ac satis clara dicta pro sua sententia adlegare nouit? an alter, qui in uno altero loco, ob ambiguitatem, qua voces extra contextum laborant, facile perueriendo latibulum quaerit? Mihi igitur nullum cum imaginaria hac analogia commercium erit, quam secundum singula membra discutere, nimis prolixum foret.

### §. XXII.

Si autem S. Scripturae de hac controversia iudicium deferendum est, ut fieri deberet, nullus dubito, quin vniuersalitas satisfactionis Christi aduersus huius particularitatem praeualeat. Tot, adeoque evidentioccurrunt in Scriptura dicta, hanc euincientia ac Theologis saepe numero illustrata ac vindicata, ut nonnulla ex iis adduxisse sufficerit. Omnia potissimum ad tres classes reuocari possunt. Quaedam expressa littera, Christum pro omnibus hominibus

nibus ianisfecisse, aiunt, *Rom. V, 18* : Per vnius iustitiam iustificatio vitae in omnes venit, *cap. VIII, 32* ; DEus proprio suo Filio non pepereit, sed tradidit eum pro omnibus. *2 Cor. V, 14, 15* : Si vnuis pro omnibus mortuus est, vtique omnes mortui sunt. Et ideo pro omnibus mortuus est &c. *ad Cor. I, 20* : Ut omnia per ipsum reconciliarentur ad ipsum, sive sint super terra, sive in coelis. *I Tim. II, 6* : Qui dedit semet ipsum preijum pro omnibus. *I Tim. IV, 10* : DEus est Saluator omnium hominum. *Tit. II, 11* : Adparuit gratia DEI omnibus hominibus. *ad Hebr. II, 9* : Christus beneficio DEI, pro omnibus mortem gustauit. Nonne his & aliis scripturae locis continetur haec thesis: Christus eiusque satisfactione omnibus hominibus est destinata, ad omnes pertinet, pro omnibus praestita est? Vnica vox: *πάς*, vnumquemuis, qui scripturam sequitur, nec ad sua sensa derorquet, conuinceat, satisfactionem esse vniuersalem. Praeterea nonnulla dicta ita sunt comparata, ut propter contextum, non nisi summa vi torqueri queant. *Rom. V, 18* condemnatio per peccatum Adami & iustificatio vel adquisitio iustitiae Christi sibi inuicem opponuntur, & vtraque ad omnes extenditur. Ex quo nemo non facile colliget: Ad quos reatus lapsus se extendit, ad eos quoque satisfactione Christi pertinet; Atqui reatus lapsus se extendit non ad nonnullos, vel paucos tantum, sed ad omnes omnino, quod nemo negare potest. Ergo. Simili ratione *ad Rom. XI, 23*, Paulus scribit: DEus omnes *Ἰωάννης πάτησε* conclusit in incredulitatem, ut se omnia miscreatur. *2 Cor. V, 14*, hoc argumentum manifesto deprehenditur: Qam indubium ac certum est, vnuis mortem sufficientem ac validam esse pro omnibus; tam certo mors Christi ad omnes se extendit; Atqui est indubium atque certum &c., quod ipsi *Reformati* concedunt. Taceo *comm. IO*, eadem vocem: *Omnes*, de extremo iudicio adhiberi; quo autem non aliqui & pauci, sed omnes iudicandi sunt. *Col. I, 20*, reconciliatio *Ἰωάννης* eo accommodarur, ut caussa sit, cur Apostoli omnes homines horruntur, omnes homines doceant, ut fistant omnem hominem perfectum. *I Tim. II, 1 - 6*, commendatur intercessio pro omnibus hominibus, & rationis loco excitatur benevolentia DEI vniuersalis, qua is vult omnes homines fieri saluos, & omnes ad agni-

ognitionem veritatis pernenire ; & huic iterum ratio petitur a satisfactione vniuersali, quod Christus sit mediator DEI & hominum, qui se ipsum dedit premium redēptionis pro omnibus. Qua specie haec aliter, quam de omnibus adcipi poslunt ? Quam vniuersalis scilicet est benevolentia DEI ratione finis & mediiorum, tam vniuersalis quoque erit Christi satisfactio & mediatio. Quam vniuersalis vero debet esse intercessio pro hominibus, tam vniuersalis quoque est benevolentia DEI & redēptionis Christi (61). Alia porro scripturae dicta adserunt, Christum pro mundo satisfecisse Ioa. I, 29, dicit IOANNES Baptista de Christo : Ecce agnus ille DEI qui tollit peccatum mundi. Cap. III, 16, 17 : ita Deus dilexit mundum, vt Filium suum vngenitum dederit. Cap. VI, 51 : Carnem meam ego dabo pro mundi vita, cap. XII, 47 : Non veni, vt daminem mundum, sed vt mundum seruum. 2 Cor. V, 19 : Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputando eis offensas eorum. 1 Ioa, II, 2 : Christus est propitiatio pro peccatis nostris : nec pro nostris solum, sed etiam pro totius mundi. 1 Ioa, IV, 14 : Pater misit Filium, qui esset seruator mundi. Exploratum esse arbitror, vocem mundi, quando de hominibus similičiter dicitur, sensu cum vulgariter biblico v. g. ad Rom. III, 19, 1 Ioa. V, 19, vniuersalitate quamecumque, vel omnes omnino homines, denotare. Si igitur Christus pro mundo satisfecit, satisfecit quoque pro omnibus & singulis. Huius longe certiores nos faciunt nonnulla scripturae dictorum modo excitatorum, quae ne aliquam quidem explicationem admittunt. Ioa. III, mentio fit mundi, qui ex credentibus & non credentibus, salvandis & damnandis consistit (vid. comm. 16, 17 & 18). Quis alias hic mundus esse poterit, quam vniuersitas omnium hominum, quia nemo datur, qui non ad unam vel alteram classem pertineat, Reſete Dn. GOTTOLOB FRIEDER. GVDIVS contra LAMPIVM disputans, scribit (62) : Verborum σωτηρία suadet, per mundum, dictione Ioanni solemnī, vniuersum genus humanum intelligere, ratione connatae sibi

G

G

(61) vid. BVDDEVS Inst. Theol. dogm. Lib. IV. cap. II, §. 39.

(62) Ioanne gratiae vniuersalis vindice, a F. A. LAMPII contortis interpretationibus vindicato, Differ. Exegetico theologicarum Triodis pag. 10.

¶ singulis hominibus miseriae, ex qua per diuinam benevolentiam eripendum erat; per credentes autem eos, qui actu salvantur, quemadmodum per incredulos eos, qui omisa in Christum fiducia damnatur. 2 Cor. V, 19, reconciliatio mundi per Christum constituitur cum munere reconciliationis & officio Apostolorum. Ex quibus eum hoc ad omnes homines se extendat, secundum Christi verba, Marc. XVI, 15: Profecti in mundum uniuersum, praedicate Euangelium omni creature; nec illam debemus arctioribus includere limitibus. Latus, air, WOLFIUS (63) eam (vocem κόσμου) patere ¶ uniuersum hominum genus complecti, vel ex eo patet, quod Apostolus, qui versu 20, ad praeconium suum Euangelicum provocat, praecomen egerat inter Corinthios ¶ alias, non solum aduersus Gentiles, sed ¶ Iudeos. Quid denique de 1 Ioan. II, 2, dicendum? vbi non vox solum κόσμος, verum etiam eiusdem epitheton ὁλός, per gradationem amplitudinis, a nobis ad totum mundum progradientes, uniuersitatem manifesto indicant. Sane dicit CALOVIVS (64), S. Ioannes non tantum adhibet generale Τὸν κόσμον, mundi nomen, quod, dicente IOANNE CROCIO fideles ¶ infideles complectitur in se, ¶ maiorem iuxta BVLLINGERVM emphasi habet, longeque efficacius est, quam vox hominum, qua fatente RUDOLPHO GVALTERO in b. l. vti voluit Apostolus, ne aliquem a Christi merito exclusum putaremus: sed ¶ additur uniuersitatis nota, οὗτος Τὸν κόσμον, ne id aliquos solum e mundo concernere arbitremur, sed ut omnes ex aequo homines in mundo per Christum propitiatos crederemus. Neque id solum, sed procedit quoque, d. Ioannes a fidelium commemoratione ad uniuersum genus humanum, admodum luculenta ampliatione, non pro nostris tantum peccatis seu fidelium, sed pro totius mundi, vel omnium hominum peccatis. Iis igitur hoc dictum adnumerandum erit scripturae locis, quae plenam conuictionem adferunt, nec detorsione quandam facile admittunt: Rem omnem conficit, inquit D. BVDDEVS (65), nec ullam admittit exceptionem.

Nec

(63) Curi Philol. &amp; Criticis ad b. l. pag. 614.

(64) Bibliis illustr. N. T. To. II. ad b. l. pag. 10606.

(65) Institut. Theol. dogmat. Lib. II. cap. II. §. 39.

Nec enim prosector per ἄλον τὸν κόσμον, totum mundum, joli electi intelligi possunt. Immo si intelligas, sensus plane ineptus ex hisce verbis resultaret: non pro nostris seu electorum tantum, sed etiam pro electorum. Denique subiectiani, quosdam scripture locos, quibus diserte legitur, Christum satisfecisse quoque pro iis, qui auctu damnantur, ad Rom. XIV, 15: Ne esca tua ilium perde (ne occasionem praebet, vt aeternum perdatur, ita enim vox graeca in N. T. frequenter adhibetur, nec lenius hic reddenda est iuxta vers 20.), pro quo Christus mortuus est. Idem testantur verba I Cor. VIII, 11; ira super tua cognitione (qua abuteris fratrem offendens) infirmus frater peribit, pro quo tamen Christus mortuus est. 2 Petr. II, 1: Inter vos etiam erunt falsi Doctores, qui introducent haereses extiales, etiam Dominum, qui illos mercatus est abnegantes, adcerentes sibi ipsis celere perniciem. ad Hebr. X, 29: Quanto (putatis) acerbiore supplicio dignus censemur, qui Filium DEI conculcaris & sanguinem foederis, per quem fuerat sanctificarus, profanum duxerit, & spiritum gratiae contumelia adfecerit? Quid dictis hisce clarius esse poterit, quae aperre docent, Christum & pro iis satisfecisse, qui auctu perirent. Si vero pro iis satisfecit, negari nequit Christi satisfactionem, (quae enim pro electis facta est, utrinque conceditur,) vniuersalem, vel pro omnibus & singulis hominibus factam esse.

### §. XXIII.

Impossibile quidem est, vt hic sensus tot tamque apertorum scripture dicitorum lectori non pareat, immo vltro se offerat, ei que satisfactionis Christi vniuersalitatem quasi inspirat; sed CALVINO Reformati videntibus oculis non vident, nec diuino verbo aut veritati locum dare volunt. Vocem omnes adcipiunt pro generibus singulorum; mundum pro electis, vniuersalitate electorum vel gentilibus; dictis, quae redemtionem eorum, qui pereunt, loquantur, longe alium tribuant sensum, de quo tamen ipsi dissentiant. Nonne maiori homines veneratione DEum eiusque verbum prosequi deceret? Nonne vereri deberent, tanto numero, tamque evidentia proposita scripture testimonia corrumperet? Quod-

si duas cohortes, tenentes aliquod castellum, quae bis mille & supra conficiant, a fide & obsequio desicerent, omnesque rebellionem concitarent; Princeps vero atrocis criminis veniam offerret omnibus, eamque litteris publicis sive scriptis, sive impressis, sua manu ac sigillo munitis confirmaret, adiecta declaratione, se integris his cohortibus ambabus ignoscere, omnesque in gratiam recipere: refractarios autem, qui veniam oblatam respuant, capite plectere vellet. Quis sanas mentis homo dixerit, hoc decretum non omnibus ac singulis indulgentiam promitti: sed tantum generibus singulorum; optimis, peccantissimis, fortissimis; poenae comminationem, contemptoribus veniae oblatae, decretam longe alter adcipiendam esse? Persuassissimus sum, aquissimos quoque existimaturos esse, sinistra eiusmodi interpretatione, gratioissimi Principis clementiam laedi, eiusque editio manifestam vim inferri. Quis aliter pronunciarerit de hominibus, qui DEI eloquia adeo dilucida, instituto inaudito obscurare audent? Num homines, qui s. codicis *De concordia* credunt, in eum, eiusque autrem graffari sustinent? Obliciunt, his dictis vide ri inesse vniuersalitatem, sed vere non inesse. Este hinc illa secundum analogiam fidei interpretanda, vel potius secundum systema arbitriuum sive praeconceptas opiniones, adciplienda. An hoc interpretationis nomina dignum est? Qui rite vult interpretari, eum oportet scriptoris sensum quaerere & adcepiare. Vbi vero eum deprehendet, nisi in verbis, ex quibus ille efferriri debet sensus, non autem in illa inferri. Quid autem est inferre, si non hoc, quando vocabulis & phrasibus veri significatus non relinquntur, sed alii conquiruntur, qui hypothesibus praeconceptis respondeant? qua ratione eiusmodi exegesis, quam CALVINIANI in tam arduo fidei articulo instituunt, excubant? Palliare eam se posse, purant, virginates v. g. Scripturae dicta, quae non de omnibus, sed multis locis loquuntur: iuxta haec explicanda esse reliqua, quae satisfactionis vniuersalis mentionem faciunt. Vetus illa cantilena, quae per saecula ferme duo, continuo repetitur, et si pridem explosa sit! IOACHIMUS WALDSCHMIDT, Pastor Hassus, qui octogenarius, se D. IOACHIMO LANGIO opposuit, a dictis *Math.* XX, 28,

cap.

*cap. XXVI, 28, initium facturus, scribit (66): Viele werden allen entgegen gesetzet; denn da Christus sagt: Er gebe sein Leben für viele, so sage Er ja auch in denselben Wörtern deutlich: Er gebe sein Leben nicht für alle, sein Blut werde nicht für alle vergossen. Ad haec regero: Non difficile esse erronea dogmata ex SSera emulgere, si quis locis minus claris abuti, iisque se occulare cupiat, prout tot monstrosa capita ineptis & paradoxis opinionibus, in quarum gratiam ad s. litteras se reccperunt, comprobant. Sed num pauca obscuriora dicta, plurimis clarioribus merito opponuntur? Nonne sanæ interpretandi methodo congruit, loca obscuriora ex clarioribus explicare? sed ipsa haec exceptio, nullius est momenti, & nec ex ratione nec scripturae vsu vindicari poterit. Longe falsissimum est, multos simpliciter denotare non omnes. Si addatur vox: tantum, quae tamen in fonte non adparet, alia est ratio. Multi designare possunt omnes, si omnes multititudinem quandam conficiant, nec de paucis aut quibusdam intelligantur. Si v. g. nauis quaedam multis hominibus onusta submersa fuerit, recte simul dixeris: omnes & multos perire. Locum maxime obtinet haec dictio in oppositione, qua multi paucis vel nonnullis opponuntur, v. g. Matth. XX, 16: Multi sunt vocati (i. e. insignis est numerus vocatorum, cum omnes a mane ad horam usque undecimam vocarentur); sed pauci tantum (ex illis multis seu omnibus) sunt electi. Eadem ratione merito explicat D. SEBAST. SCHMIDIUS verba Matth. XX, 28 (67), concludens: Ita πολλοὶ multi usurpari solet, ubi oppositio esse solet, inter unum vel paucos & inter multis: sicut & in nostro loco est, inter unam animam Christi & homines, qui ingens multitudo sunt. Hinc in SSera non inusitatum est, ut multi adhibeantur pro omnibus, ubi, non repugnantibus CALVINIANIS, omnes intelligendi sunt, v. g. omnes lapsi sunt, qui & multi dicuntur Rom. V. 15. sqq. In omnes partes se versat WALD-SCHMIDT, ut ex angustiis hisce; quibus inclusum se sentit, e-*

(66) In der Heilsahmen Gnade Gottes aus der heiligen Schrift vorgestellt,

mit Verwerffung der so genannten allgemeinen Gnade, pag. 13, sqq.

(67) Collegio Biblico postor, pag. 69.

uadat, ita v. g. comma 19, explicat (68): *Wie durch eines Menschen Ungehorsam viele Sünder worden sind (die wücklich verdammten werden), quasi laplus Adami sit causa ultima actualis damnationis, quod Reformatus facilius, quam Lutheranus secundum Scripturam dixerit), also auch durch eines Gehorsam werden viel gerechte (die wücklich zum Leben und der Seeligkeit gelangen).*

### §. XXIV.

Improbatur CALVINO *Reformatis* haec satisfactionis vniuersalitas, quam ex SSa adhuc probauit, & insimul ab eorum exceptionibus aduersus SSae dicta vindicauit. Quare omni animi nisi contendunt, vt particularitatem istius adserant. Recentissime id prae ceteris ambo illi Helueriorum Theologi Philosophici egerunt, vt, iactata methodo demonstrativa, sententiae suae pondus addant. Haud pauci enim sibi salso hodie persuadent, quicquid methodo demonstrativa proponitur, firmissimo niti tali. Etsi vero ea, quae vere demonstrantur, fallere nequeunt; methodus tamen in se nulli opinioni certitudinem adfert, quam extra methodum a suis principiis non habet. Glaucoma hoc est, quo nisi minus exercitati in consensum rapiuntur, &, cum principia dispersa adpareant, lector impeditur, ne paralogismos animaduertat, & fucum demonstrativa methodi a demonstratione discernat. Quicquid Dn. WYTTENBACHIVS, a quo incipiam, proponit, ad tria momenta reuocari potest. Primum duplice fuit probationem demonstrativam ex principiis antea positis & per librum dispersis. Deinde indirekte ostendere tentat, ex satisfactione vniuersali fluere absurdia. Denique ex codice sacro, qui ultimo demum loco & in Scholio adiicitur, excitat nonnulla loca. De singulis separatum tractabo.

### §. XXV.

Gemina est demonstratio WYTTENBACHII, & prior, omissis §. §. allegationibus, ita se haber (69): *Non satisficit Christus*

(68) 1. c. pag. 22, 23.

(69) *Tentamine Theol. dogm. T. II, §. 960, pag. 795.*

fuis pro omnibus & singulis hominibus : etenim satisfactio non fuit nisi  
 actualis praestatio sponsonis ipsius , ac ideo latius quam haec se non ex-  
 tendit , iam vero non pro omnibus sponspondit . Argumentatio huc re-  
 dit : Pro quibus Christus non sponspondit , pro iis non satisfecit ;  
 Atqui Christus pro omnibus non sponspondit , Ergo . Maior proba-  
 tur : Quia satisfactio est praestatio actualis sponsonis ipsius . Minor  
 propositio , quae in primis notanda erat , probatur adlegatis §. §.  
 454 & 463 . Priori adstruitur ( 70 ) , Patrem debuisse a Filio perere  
 reconciliationem electorum , ideoque ei proemium vel mercedem  
 promississe ; Filium autem id non potuisse non in se suscipere : Pa-  
 ter non potuit non a Filio petere , ut placamentum pro electis suo tem-  
 pore faciat , eique mercedem promittere , & Filius non potuit non id  
 in se suscipere . Probatio sequens est : Cum DEus voluerit quos-  
 dam homines a poena liberare , quod Ratio diuinabat , idque fibi pro-  
 posuerit in decreto electionis , quod ad gloriam faciebat , liberatio autem  
 illa ob infitiam Diuinam sine placamento fieri non potuerit , & infitiae  
 buius postulata propugnare competit Patri ut prima personæ , pla-  
 cementum vero idoneum non repiceri potuerit , nisi apud Filium suum  
 ut personam Diuinam , non potuit non a Filio petere , ut placamentum  
 faciat , Psal . 40. 7. Es . 42. 7. Quod cum labor sit , labore autem  
 conveniat merces , mercedem Filio non potuit non promittere Pj. VIII,  
 6. 7. Es . 53. 11. quippe hoc conuenit Sapientie ipsius & infitiae  
 remuneratoria ; Filius vero ob id ipsum , quod peritio hac faceret ad  
 gloriam Diuinam , & ipsi proposita fuerit merces illa pro motivo , per  
 quod voluntas inclinatur , non potuit aliter , quam voluntario petitio-  
 nem Patri de placamento praestando in se suscipere Psal . 40. 8. 9.  
 Subiecta adnotacione explicatur in quo merces consiliterit ? nem-  
 pe partim in eo , ut fieret Rex electorum , ac hi peculium ipsius &  
 haereditas ; partim in potestate hostes suos & electorum coercendi .  
 Nerus argumentationis hic est : Si DEus quosdam homines a  
 poena voluit liberare , sequitur Patrem quorundam tantum reconci-  
 liationem a Filio desiderasse , & illos in mercedem ac haereditatem  
 ipsi promississe ; Filium vero non nisi pro hisce paucis Ipospondisse .  
 Qui-

---

(70) l.c. To. I, §. 454, pag. 367. sq.

Quilibet demonstrationem antecedentis legere aueret, seu qua ratione perfici queat, DEum voluisse nonnullos tantum a poena liberare. WYTTEBACHIVS ablegat nos ad rationem (§. 89 & 90); vbi vero praeter possibilitatem nil legitur: *possibile esse, hominem a poena liberari, & DEO patere modum, quo liberatio a poena fieri debeat, & eam procurare velit.* Nullatenus autem diuinare possum, qua ratione ex negatione repugnantiae absolutae, thesis, quae disputatur, scilicet Patrem quosdam solum homines a poena liberatos cupiisse, profluat. Melius fecisset WYTTEBACHIVS, si de hoc mysterio rationem conticefcere iussisset. Pariter recipit se ad decretum electionis §. 427, vbi dicitur: *Decretum DEI quatenus versatur circa statum hominum, quem subiuri sunt post hanc vitam, sive felicem sive infelicem, dicitur prædestinatio, & quidem prædestinatio ad statum felicem dicitur decretum electionis, ac tunc DEus dicitur hominem elegisse, ad statum infelicem autem decretum reprobationis, ac tunc dicitur DEus hominem reprobasse.* Ratiocinium esset sequens: Si DEus alios ad vitam aeternam, alios ad mortem aeternam prædestinavit, sequitur ut DEus quosdam homines a poena liberare voluerit. Atque haec petirio principii tandem arduam illam conficit probacionem! In posteriori (71), demonstrandum est, non pro omnibus placamentum Patrem petuisse, & Filium promisisse. Probatio haec est: *Pro iis, qui non scripti fuere haeredes, Filius in pacto aeterno, placamentum non promiserit oportet, & Pater id ab eo non petierit: etenim cum Testamentum gratia nitatur pacto inter Patrem ac Filium, & versetur circa ipsas personas nominatim designatas, hique sint electi, seu scripti haeredes, pro quibus Pater placamentum petit a Filio.* Hic autem promisit, oportet Pater pro iis, qui non haeredes scripti, id non petierit, & Filius non promiserit &c. Argumentum hoc erit: Pro quibus Pater placamentum non petiit, pro iis Christus id non promisit; Atque Pater petiit non pro omnibus, sed pro electis tantum, placamentum, Ergo. Minor probatur: Quicunque non sunt scripti haeredes, pro iis placamentum nec Pater petiit, nec Filius promisit; Atqui non omnes, sed electi tantum scripti sunt haeredes. Ergo.

(71) *I. c. To. I., §. 463, pag. 374.*

Ergo. En demonstrationem insignem ! quae sua quidem mole  
premit, sed nulla virtute pollet. Si cuncta in summam contraho,  
haec erit: DEus quosdam (electos) ad vitam, alios (reprobos) ad  
mortem aeternam praedestinavit; ergo quosdam tantum a poena  
liberare voluit; ergo pro illis tantum Pater debuit placamentum  
petere, eosque Christo in mercedem addicere, & Christus pro il-  
lis tantum placamentum dare, eosque in mercedem adipere debuit;  
ergo pro quibusdam (haeredibus) Pater placamentum petuit tantum,  
Filius sponspondit; Ergo Filius non pro omnibus sponspondit; ergo  
nec pro omnibus satisfecit. Generati, ut haec perstringam

1) Vtitur WYTTENBACHIVS formula, quae *Caluino - Refor-*  
*matis* quidem familiaris, sed nec SSae, nec analogiae fidei congrua  
est, DEum nempe alios ad vitam, alios ad mortem praedestinas.  
Alios, fateor, DEus elegit vel praedestinavit; alios reprobavit; sed  
electos, tantum praedestinavit, reprobos non item. Neminem e-  
nim ad damnationem praedestinavit. Exinde namque sequeretur,  
partim DEum intendisse plerosque damnare, cum tamen Paulus  
1 *Theff. V, 9*, doceat, DEum nos non constituisse ad iram, sed ad salu-  
tem obtinendam per Dominum nostrum IESUM Christum; partim  
quia destinatio ad finem & media simul sit, tam reproborum da-  
minationem, quam peccata & incredulitatem praedestinata esse, quod  
cum diuina sanctitate manifeste pugnat.

2) Quando scribit : *DEus quosdam tantum a poena liberare vo-*  
*luit*, ambiguo loquitur. Si sensus sit, DEum voluntate antecedente  
nonnullos tantum intendisse liberare, adserio partim fallit, quia  
DEus non vult viros peire, sed omnes ad resipiscientiam re-  
uerti 2 *Petr. III, 9*; partim ex decreto electionis & reprobationis  
probari nequit, quod voluntatis consequentis est, cum intentio li-  
berationis ad antecedenter spectet. Nos *Euangelico - Lutherani*  
concedimus electionem paucorum; negamus vero inde sequi: DE-  
um noluisse plures quam hos fieri saluos. Si vero hic verborum  
sensus sit, DEum voluntate consequente seu decreto electionis tantum  
quosdam (finaliter credentes) a poena actu liberare decreuisse; the-  
sis quidem vera est, sed non cohaeret cum sequentibus, nec exinde  
probari potest, placamentum, quod Pater petierit ac Filius promi-

serit, ad quosdam tantum respicere. Hoc enim est actus voluntatis antecedentis, qua Deus vult, quosquis homines seruari, & ad agnitionem veritatis venire *i Tim. II, 4.* Addit, ut proberet, DEum quosdam tantum voluisse liberare a poena, *constitutum hoc esse in decreto electionis, quod ad ipsum gloriam faciebat* (72). Lubens e- quidem concedo, quod decretum electionis vergat ad laudem glo- riosae divinae gratiae *Eph. I, 6;* sed electionis decreto constitutum esse, qui & quorū redimi debuerint, manifesto verbo DEI contra- tiatur, & principiū petit.

3) Patrem initium fecisse, & petuisse, & Filium consensisse, sunt coniecturæ, quas equidem non simpliciter reiicio, sed quatenus in erroris praesidium adlegantur, merito repudianda erunt. Quo id argumento unquam probauerit? Non dicam de illo necessitatī in- dicio: *non potuit non,* quod non sine restrictione & de solis ratio- nibus conuenientiacē, quae praeter SSeram in mysteriis parum ro- boris habent, intelligendum est; ne diuinis consiliis libertas adima- tur, & ad deuia SOCINIĀNORVM descendatur, DEum sine satis- factiōne hominibus ignoscere debuisse, quia is totius alias generis humani iacturam fecisset. Solummodo quaero, ubinam scripturæ decantatur illud *Reformatorum*, quod tantopere vrgent, principiū: *Pater petit primo, occurrat?* Dicit: *Iustitia postulata propu- gnare competit Patri, ut primæ personæ.* Nonne etiam Filio & Spi- ritui S., qui eandem numero cum Paro iustitiam habent & possi- dent? Sed inuertam rationes: Si Pater in concilio Trinitatis vin- dex & iuris propagator fuit, sequitur, ut ipse non coeperit petere placamentum, sed Filius initium fecerit. Crediderim pari, si non maiori, eos niti fundamento, qui hoc Filio exordium deferunt. Filio primas tribuere parres, D. NEVMANNVS (73) nullus du- bitauit; ita ut ille quasi auspicatus, irato DEO gratiam opponens, red- emptionis pretium obtulerit; Pater autem meritum Christi gratiolē intuens, benevolum erga genus humanum exseruerit affectum. Et tandem Spiritus S., particeps consilii & amoris in salutem humani gene-

(72) *I, c. To. I. §. 454, pag. 368.*

(73) *Disp. de fundamento benevolentiae DEI uniuersaliss.*

generis gratiose conspirauit. Sed lubet impreäsentiarum επέχειν eligere, &

4) πρωτον θεος notare : Pater tantum petuit pro quibusdam hominibus. Modus loquendi, qui nec quoad verba, nec quoad rem in scriptura deprehenditur. Probatio vero autoris forsitan ita connectenda erit: Si Pater Filio promisit mercedem; sequitur, ut Pater tantum pro electis petierit. Maior probatur, quia merces haec sunt electi, Christi regnum, peculium & haereditas. Vocabulum merces equidem, ut biblicum, iubens admitto: sed non nisi in sensu metaphorico, ne διανθέσθων nostri gloriae aliquid derogetur, qui mercedem quasi a promittente precibus impetrare debuit, quam suo sibi iure adserere poterat, cum ecclesiam suam proprio sanguine sibi adquisuerit *Auctor.* XX, 28. Mercedem autem ad electos restringi debere, quam maxime fallit, sicut & quicquid de regno gratiae dictum est, perperam ad gloriae regnum trahitur. De ampliatione enim regni gratiae cum *Psal.* II, 8, 9, tum *Esa.* LIII, 11, ¶ 12, agitur, quod non simpliciter, prout in V. Tto terrae Iudaeae finibus circumscriptum, permansurum sit, sed per totum mundum explicari, & ad gentes etiam extendi debeat. Quis per fines terrae *Psal.* II, 8, quosdam electos designari, crederet? qui secundum ipsam vocis potestarem, denotant rotum terrarum orbem ad ultimos usque ipsius fines, vel totam terram habitabilem, quoisque ea tandem sine mari, sine desertis, montibusque terminatur, adeoque intra suos hosce terminos concludit vniuersum genus humanum, vt recte D. GEIERVS (74) ait. Comparetur modo, praeter alia dicta, cum iis, *Psal.* XXII, 28 sqq, qui a WYTTEBACHIO forsitan studio omisitus est, quia aperte satis ipsi contradicit: Recordabuntur ¶ conuertentur ad Iehouam omnes fines terrae; & incuruabunt se coram te omnes familiae gentium. Quoniam Iehouae (est) regnum ipsum, & dominium habet in gentes. Haec adhaesio gentium *Gen.* XLIX, 10, haereditas & possessio dicitur, quia plenum in illos dominium Messiae competit, eosque possidet ipse, tanquam sibi destinatos subditos sensu generali, ut pios in gratiam recipiat,

H 2

impios

(74) *Comment.* in *Psalmos ad Psal.* II, 8, pag. 27.

impios vero poenis adficiat; minime vero sensu speciali, ac si omnes & singulos ad aeternam gloriam actu deducturus sit, quamvis id serio intendar. His praestructis nunc

§) Responderi poterit ad argumentum: Quicunque non sunt haeredes scripti, pro iis Christus non spospondit. Redit enim res ultimato ad aequiuocationis vitium. Vox enim haeredis adcepitur vel sensu generali pro iis, qui ad regnum gratiae pertinent, saltem voluntate antecedente & secundum gratiosam DEI intentionem, h. e. omnibus hominibus; vel speciali pro iis, qui vere & finaliter credentes non solum sunt, sed & haereditate coelesti actu potiuntur h. e. electis. Qua distinctione obseruata regero: Quicunque sensu generali non sunt haeredes scripti, pro iis Christus non spospondit; Atqui omnes homines, sensu generali non sunt scripti haeredes. Ergo pro omnibus hominibus Christus non spospondit. Sic maiorem largior; minorē nego. Vice versa: Quicunque non sunt scripti haeredes sensu speciali, pro iis Christus non spospondit; Atqui omnes homines non sunt scripti haeredes, sensu speciali, Ergo pro omnibus hominibus Christus non spospondit. Ita minor recte se habet; maior autem fallit.

### §. XXVI.

Demonstratio WYTTEBACHII (75) posterior, hunc in modum sole habet: Porro Filius tanquam Deus aeternus Ipse quoque decretum electionis condidit, in eo vero comprehensa sunt ipsa etiam salutis media, pro personis designatis, ergo & satisfactionem non nisi pro personis hisce praestare voluit. Mens haec est: Si decreto electionis comprehenduntur & media & personae designatae (pauci homines, non omnes), sequitur ut Christus pro iis (paucis) tantum satisfactionem praestare voluerit; Atqui decreto electionis &c. Ergo. Maior probatur: Quia Christus ipse quoque decretum electionis condidit. Principia demonstrandi, quibus autor hic vtitur, sigillatim examinabo, & que notanda sunt, adducam. Ita consequentia sponte corruerit. Primum principium: Filius Dei cum Patre

(75) I. c. To. II, §. 960. pag. 796.

Patre & Spiritu S. simul decretum condidit electionis, confitetur &  
 Lutherana ecclesia, sed addit illa: Idem, ut Θεα Θρωπος, in praeui-  
 sione & decreto DEI est causa impulsua & meritoria, adeoque antece-  
 dens ipsius decreti. Secundum principium: In decreto electionis  
 comprehensa sunt ipsa etiam salutis media, nullum in §. 427, inue-  
 nit praesidium, & aequiuocationis caussa distinktiori indiger expli-  
 catione. Quaenam sunt illa media? Dixerat WYTTEBACHVS  
 §. 434: *Homo, quem DEus elegit, aliquid in se habuit, quod*  
*alter, quem reprobavit, non habuit,* & §. 345. additur: *Fidem nem-*  
*pe & charitatem, quae sunt §. 436, media ac conditiones salutis.* Fal-  
 sum id est ratione charitatis, sed verum ratione fidei, propter quam  
 DEus vniue nos elegit 2 Thess. II, 13, & saluat Matth. X, 22,  
 Marc. XVI, 16. Qua ratione autem haec media in electionis de-  
 creto comprehenduntur? Si hoc tantum WYTTEBACHIVS in-  
 nuere velit, DEum ab aeterno decreuisse electo, non solum aeter-  
 nam vitam, sed & in tempore fidem & vires sancte viuendi dare,  
 non aduersabimur. Quodsi autem verba exclusiue adcipienda sint,  
 quasi DEus non aliis, nisi qui ab aeterno electi sunt, fidem largiri  
 velit, prout voces: *pro personis designatis*, indicant, ita ut ceteris ne  
 offeratur quidem fides, multo minus, etiam si non resistant, in ipsis  
 efficiatur, pugnat hoc manifesto cum verbo diuino: Fidem exhibet  
 DEus omnibus Acto. XVII, 31. Porro comprehendunt possunt  
 media in decreto electionis vel antecedenter, vel consequenter,  
 prout Reformati loquuntur. Priori sensu admittimus, quia DEus  
 priusquam, nostro concipiendi modo, decretum formauit, ad finali-  
 fidem, num adsit, respexit. Sed & hic verborum sensus esse potest:  
 DEus formauit electionis decretum absolute, sine respectu fidei fina-  
 lis: formato autem illo decreto ex mero beneplacito, insimul consti-  
 tutum est, ut electi tanquam effectum & fructum electionis adcipiant  
 fidem, ad quam DEus in executione decreti ac salvatione respi-  
 cit. Hanc WYTTEBACHIO cum ceteris Calvinianis sedere  
 sententiam, quilibet facile conicit. Nec ipse id dissimulat §. 437,  
 scribens: *Fides ac sanctitas veniunt ex prædestinatione*, & §. 438,  
 addens: *Decretum electionis est ab solutum*; etenim DEus hominem  
 elegit, non tantum ad salutem, sed & ad fidem sanctitatemque, que

*sunt media ad salutem, adeoque elegit tam ad finem quam ad media,  
quod est absolutum. Quantopere vero id pugnat cum scriptura L. secun-  
dum quam Deus electionis decretum formavit respectu fidei prae-  
vileiae ? sed antecedens actum, non potest esse effectus & fructus  
actus. Ex data hac explicatione nunc facile colligitur , minus re-  
tere procedere hanc autoris consequentiam : Si decreto electionis  
comprehenduntur & media & personae, sequitur, vt Christus non  
pro omnibus satisficerit. Quae hunc habitura esset sensum : Si  
Deus simul decrevit & quasdam tantum personas eligere, & his in  
tempore fidem largiri, sequitur vt Christus pro his tantum, non  
omnibus satisficerit. Sed nunquam recte concludet, nisi addatur ;  
nec Deum etiam reliquis media vel fidem offerre.*

### §. XXVII.

Perspexit haec Dn. WYTTENBACHIVS, ideoque deductio-  
nem ad absurdum adiecit-hanc : *vel ponatur, scribit, quod pro omni-  
bus satisficerit, tunc aut sciuit, quinam satisfactionem accepturi es-  
sent, nec ne ? utique sciuit, -- quod si iam pro iis satisficerit, quos sciuit satis-  
factionem repudiatus, frustranei quid fecit, id vero dici nequit, ergo  
nec quod pro omnibus satisficerit.* Argumentum hoc est : Si Christus  
pro omnibus satisficerit, etiam iis, quos sciuit satisfactionem re-  
pudiatus esse, sequitur, vt frustranei quid fecerit. Sed Christus  
frustranei quid fecisse, dici nequit. Ergo. Antecedens vt probet,  
prouocat ad §. 269, vbi dicitur : *Deus nil frustra agit, quoniam sa-  
piens nil frustra facit, quod est contra rationem sufficientem agere.*  
Num haec probatio autem scopo autoris sufficiat ? alii iudicent. Vi-  
dentur mihi tamen Domini Calvino Reformati, in primis Philo-  
sophici eorum Theologi, haud parum fiduciae in hoc argumento col-  
locasse, quoniam id omnes urgent, & plus simplici-vici reperunt.  
Fateor autem, me id a via, qua incedo, haud dimoturum esse, etiam si  
illud reuelare non possem ; quia oppositum eius, quod inde colli-  
gi debet, euidenter ex diuino verbo disco. Scio, me ne Cosmo-  
logiam quidem naturalem perfecte cognoscere, multo minus de Hie-  
rarchia supernaturali, penitus inuestigata, gloriari, & sapientissima  
DEI

(76) l. c. ibidem,

DEI consilia, praesumtis rationibus sufficientibus dimitiri, audeo. Credo interim & hunc aritem debellari posse. Verum est, quod vulgo dicitur : Sapiens nil agit frustra ; sed sano sensu. Nemo prudens agit frustra : tuncipit aliquid sine causa impulsua : inten-dit sua actione certum quandam finem, vel plures etiam fines. V-nius enim rei plures possunt esse fines. Quando id facit, non agit frustra. Minime vero hoc necessario pertinet, ut agens finem su-um consequatur, vel omnes, quos sibi praestituit, fines actu obtineat, quia id in viribus eius haud possum est, nec ille pro suo arbitrio exitum determinare potest. v. g., qui studiis diligentem operam na-uit, eum incitat & adcedit amor discendi vel fida & constans suo-rum exhortatio, tanquam causa impulsua ; intendit is tanquam fi-nem, ut DEO & rei communis inferuat, munusque aliquod obti-neat, & quicquid ad sustentationem futuram prodeat, sibi adquirat. Si ita cogiter, agit sapienter, non frustra. Adecidere vero potest, ut nec copiam publicum emolumentum promouendi, nancieatur, nec muneri admouetur, sed, felici successu desitutus, tenuem mi-feramque vitam agere cogatur. Num ideo illum insipientem vo-cabimus, qui frustra tempus in studiis consumserit ? Ad DEum haec facile adplicantur. Ille nunquam agit sine rationibus sapientissi-mis, tanquam causis impellentibus, nec absque finibus. Agit ergo sapienter, & non frustra. Quia vero cum homine, tanquam machina, secundum absolutam potentiam agere non vult, homi-nes autem ipsi plerumque reluctant, sapientissimum ducem sequi derrectant, finem, quem sibi praefixerat, non consequitur. Quis vero ausit, ipsum ideo tanquam insipientem, qui frustra agat, ad-euare ? Instas forte, ingens adesse discrimen. Hominem ignora-re, que futura sunt ; DEum vero distinete cognoscere, num finem suum obtenturus sit ; nec ne ? Respondeo : Nonne DEO plures pos-sunt esse fines, quorum vnum alterumque quidem ob hominum re-luctantiam non obtinet ; sed nihilominus alios adsequi potest. Nos illos haud cognoscimus, nisi quarens nobis reuelati sunt, multo minus omnes comprehendimus vel perscrutari possumus. Quis enim cognovit mentem Domini ? aut quis ei fuit a consilio ? Rom. XI, 34. Nonne hinc insipientis esset, qui diceret : DEum agere fru-stram

stra & insipienter, quia illum finem, quem mihi concipio vel ex revelatione didici, non obtinuit? Quam insipienter igitur agunt, qui ita concludunt: Non omnes satisfactionem Christi fide addeperant; ergo frustra DEus fecisset, si ad omnes eam extendisset, cum tamen id praeuiderit. Constatne inter nos, DEum in Filio φίλων πιστῶν vniuersalem manifestare, & de serio salutis nostrae aeternae studio suo nos conuincere voluisse? Porro id egisse, vt nos reddat ἀπολεγόντες, si tantam neglexerimus salutem? Hebr. II, 2; & tanti affectus demonstratione nos admoneat, vt, abnegata impietate & mundanis cupiditatibus, temperanter, iuste & pie viuamus ad Tit. II, 11, 12. Vterius progreedi & imperscrutabilem diuinæ sapientiae abyssum rimari, non sustineo.

## §. XXVIII.

Ad dicta s. codicis, ad quae Dn. WYTTEBACHIVS prouocat tandem deuenio. Tria tantum in scholio nude notantur. Philosophicis enim Theologis scriptura leuioris ducitur. Primum occurrit Ioa. X, 14, 15. *Ipse dicit*, scribit autor, *quod non nisi pro omnibus vitam ponat, quas noscat*. Tones ad hanc obiectiōnem iam responsum est, vt pauca addere sufficiat. Primum corrumpit WYTTEBACHIVS, Saluatoris nostri verba, iis inferens, quae ab illis absunt: *non nisi*. Oratio Christi: *pono vitam meam pro omnibus, non aequipoller* WYTTEBACHII propositioni: *Pono vitam meam, non nisi pro omnibus meis*. Prior est illimitata; posterior restrita & exclusiva, & hunc secum fert sensum: Illi, qui meae oves non sunt, non pertinent ad eos, pro quibus vitam meam pono. Sine dubio intelligit WYTTEBACHIVS per oves, electos. Cur non omnes? Nonne omnes homines adsimilantur omnibus? Esa. LIII; omnesque peccatores, qui extra statum gratiae vivunt, oves vocantur? Matth. X, 6, 1 Petr. II, 25. Postulatne simile, quo Christus se tanquam bonum Pastorem sistit, vt homines oves vocaret? Nonne diuinus vates praedixit, ipsum, sicut pastor totum gregem suum, oves suas, omnes homines, tanquam Messiam pascere, tueri &c. velle Ezech. XXXIV, 11. sq. comm. 16. Sed, ait WYTTEBACHIVS, hic esse sermonem de omnibus, quas Christus nouerit. Cur autem

tem coniungit duas propositiones tanquam aequipollentes, quas Christus diversis vocabulis a se invicem distinxit? Priori vers 14. loquitur de suis, quos noscat, tueatur & quibus prospiciat; posteriori versu 15, loquitur de quibus pro quibus vitam suam ponat. Sed esto, oves speciali significatu hie adpellari, num ideo necessario electos significant? nonne credentes omnes hoc nomine innui possunt? Regeret, hoc perinde esse, quoniam omnes credentes electi sint, & vice versa. Verum hoc ex mente quidem Calvinianorum dicitur, sed inuita SSA, quae docet, homines ad tempus credere, iterumque desicere posse *Luc. VIII, 13, 2 Petr. II, 20 sqq. ad Hebr. VI, 4 & 6, Apoc. II, 4, 5. Ezech. XVIII, 24, 26.* Dabo tandem, de electis hic agi, num propterea procedit haec consequentia: Si Christus pro electis mortuus est, sequitur, eum pro reprobis mortuum non esse. Nonne ipse testatur *Ioan. VI, 51*, carnem suam, se ipsum daturum pro vita mundi i. e. omnium hominum? si pater quidam dixerit, se filiorum indefessam agere curam, quis inde colligeret, eum vxorem, domesticos & animalia sua bruta negligere? secunda probatio, quae ex s. litteris desumitur, haec est: *Paulus dicit ad Rom. VIII 32, 33*, quod quia DEus Filium suum tradiderit, electi adulari non possint; adeoque bonum, quod ex traditione Christi in mortem redundant, ad electos restringit. Conclusionem esse falsam & Apostoli menti refragari, testantur verba: *Tradidit eum (Filium suum) pro nobis omnibus.* Cur autem coniungit Dn. WYTTEBACHIVS comm. 33 sqq, cum traditione, & non potius cum sequentibus: *Quomodo & cum eo nobis non omnia gratificabitur?* illa designat acquisitionem vniuersalem; haec vero applicationem & fruitionem actualem, quae creditibus & electis, a quibus comm. 33, initium capit oratio, vincere competit. Posito autem priori, nonne bene cohaeret haec ratiocinatio: Si Christus se pro omnibus tradidit, sequitur ut electi, qui Christi satisfactionem sibi fide adiplicant, laetari possint, quia DEus per Christum iis omnia datus est. Ab vniuersali ad particulare recte concludimus. Paulus exemplo sue viam praedit, inquiens: *DEus est seruator omnium hominum, maxime fidelium* i *Tim. IV, 11.* Num posterius tollit prius? Tertia probatio biblica desumitur a voce *Tetramen.*

flamenti : Paulus Christum nominat mediatorem Testamenti ad Hebr. IX, 15 ; at Testamenti notio inuolui particularitatem , excluditque vniuersalitatem . §. 462, ad quam WYTTEBACHIVS se refert, nil continet, nisi haec verba : *Vbi Testamentum est, ibi non omnes participant de bonis, sed tantum quidam scribuntur haeredes.* Sed Dn. WYTTEBACHIVS debuisse, quia huic argumento tantum tribuit, prius demonstrare : 1) Vocem Διαθήκην significare Testamentum. Plurimi Philologorum negant, quia ea respondet voci בְּרִית, quae proprie foedus denotat, vt & Διαθήκη foedus innuit ; 2) Testamentum idem denotare, quod decretum praedestinationis, prout cum fidei sociis, WYTTEBACHIVS opinatur (77). Propugnat id Calvino Reformati eum tantum in finem, vt absolutum decretum, & particularissimum tueantur. Sed nec SSam, nec vsum loquendi in eo sibi habent praeeentes. Verum est, testamentum esse fixum, quatensis ultima voluntas est & manet, & DEI quoque decreta esse immutabilia ; num vero quodvis DEI decretum testamentum dici potest, nisi quis omnem loquendi vsum peruertere velit ? In testamento quidam constituantur haeredes, saepe tamen omnes illi, qui ab intestato haeredes sunt : Impossibile enim hominibus est inopibus, vt omnes haeredes scribere queant. Quis ab iis ad DEum concludet, qui diues in quosuis, a quibus inuocatur ad Rom. X, 12 ? vel ad illud testamentum, quod in sanguine Christi factum est Luc. XXII, 20, Hebr. XII, 24, XIII, 20, quodque tam late pater, quam sanguis Christi, pro omnibus, etiam impiis effusus Hebr. X, 29. Quisquis in explicatione vocis, hic rite versari cupit, non multas cum STAPFERO (78), pro capitu humano vel imaginationis fecunditate, comparationes conqueret, sed primum cogitabit, SSam, vocem Testamenti adhibuisse non nisi in relatione ad sanguinem & mortem Christi, quibus id ratesactum est ad Gal. III, 15 - 18, Hebr. IX, 15, 16, 17. Ultra tertium hoc, qui vagatur, qui latius vocem extendit, Spiritus S.

(77) *I. o. I. §. 458, pag. 370, & STAPFERVS der Grundlegung zur wahren Religion Part. III. cap. IX, pag. 334 : die Erwähnung pflegt in der heiligen Schrift oft ein Testament genannt zu werden.*

(78) *I. c. pag. 342 sqq.*

S. intentionem relinquit, & nil probar: Dein per *Testamentum* nihil aliud innui, quam vniuersalem DEI gratiam in Christo, quae quadam respectu & maxime paetum aliquod; alio respectu *testamentum* refert, ita vero, vt cauta vtriusque vocabuli interpretatio opus sit (79). Quae denique WYTENBACHIVS (80) adnectit: *E dictis id saltem patet, si veritates theologicæ, in nexu perspiciantur, non posse assumi sententiam de satisfactione Christi pro omnibus & singulis, seu redemptione vniuersali; consideretur vel solum præscientia DEI infallibilis, decretum aeternum, super omnia se extensum immutabile, ex ipsis rationis principiis adstricatum, & que ei innititur, electio ad salutem, dubium supererit nullum, haud magni momenti sunt.* Eo scilicet spectant, vi imbecillari argumentorum, ex SSera de promotorum, & nexui demonstratio succurrant, h.e. systemati arbitrario, quod nec in se genuinum has veritates cognoscendi principium esse, nec secundum DEI verbum consistere potest. Quaecunque adduxit, legitimo & scripturario sensu, omnes Luthe rani adprobant, & nibilo secius credunt, Christi satisfactionem, de qua, & non de electione, hic sermo est, ad omnes & singulos se extendere.

### §. XXIX.

Reliquum est, vt STAPFERI argumenta paucis tangam, quamuis in iis parum noui deprehendatur. Exponit ille (81) circa quaestionem de *satisfactionis Christi obiecto*, consensum & dissensum Augustianorum Confessorum & Reformatorum. Paretur Reformatos nobiscum, quoad hoc caput non idem sentire §. XCIX: *Reformati docent: Christum non pro omnibus & singulis, sed pro solis electis, ex electi.*

I 2

(79) comp. *Praecellaviss. Dn. M. VOLLANDI Disp. Praefide hodierno Magnifico Dn. Pro-Rectori, D. BVRGMANNO superiori anno habita, de Veteri Testamento nec legali, nec Evangelico; sed paedagogico foederare; vbi pag. 10 § 11, dicitur: Foedus gratiarum nec foederi, nec Testamento prorsus adacquari, sed alio respectu prius, alio posterius reserre, atque testamentum foedrale & foedus testamentariorum esse, quales actus mixtos, neque ipsis Igitur insolentes esse, constat.*

(80) *I. c. §. 960, schol. I, pag. 796.*

(81) *Insit. Theol. Polem. To. V, cap. XX, §. 97. pag. 211. sqq.*

electione efficaciter vocatis ac fidelibus passiones & mortem subiisse.  
 Eorum addit principium §. CI : Reformati massam illam (omne genus humanum) ceu divitiam considerant in vasa misericordiae & ira,  
 ad honorem & dedecus Rom. IX, 22, 23, 2 Tim. II, 20. In haeredes  
 sive cohaeredes Christi, & in exhaeredes; in Christo datos & non datus;  
 in suos & non suos. Idem hoc est, acsi dicat: datur decretum ele-  
 ctionis & reprobationis absolutum, quorum illud ad paucos; hoc  
 ad plerosque spectat. Distinguit SScria utique vasa misericordiae,  
 quae DEus praeparauit in gloriam a vasis irae ad Rom. IX, 22, 23;  
 haec autem non a DEO & per absolutum quoddam decretum ad  
 interitum praeparata sunt. Tolerat enim DEus illa, magna cum pa-  
 tientia; nec DEus vasa irae, ut ante vas misericordiae praeparasse  
 dicitur; sed vasa irae praeparata dicuntur, h. e. te ipsa praeparas-  
 se. Participia enim passua, (vt probè monet WOLFIVS) (82) si-  
 que intransitiu, sape habent significacionem actiua reciprocam. Locus  
 2 Tim. II, 20, nihil probare potest, sed simpliciter adfirmat, mem-  
 bra quaedam ecclesiae, in fide persistere, alia autem illam per pec-  
 cata excutere. Dari haeredes & exhaeredes, Christo datos & non  
 datus, suos & non suos negari nequit; hi posteriores autem non  
 ab absoluto quodam decreto, vel defectu redēptionis Christi; sed  
 propria sua malitia proueniunt. Observazione, quam STAPFERVS  
 subiecit, quinque rationibus sui coetus errores probare con-  
 tendit. Prima haec est: Reformati aiunt: DEum in antecessione  
 nouisse, plurimos Euangelio non credituros, sed gratiam ipsis oblatam  
 recusaturos esse, alios vero ne quidem legi naturali obsequiū praefituros,  
 proptereaque perituros esse. Vnde respectu utrorumque redēmitoris desili-  
 ratio inutilis ac frustranea fuisset. DEum autem nihil fruſtr facere pos-  
 se, vt vel agat sine fine, vel fini non sufficienter agat. Hoc argumentum  
 iam supra confutatum dedi. Dn. STAPFERVS autem ei pondus ad-  
 dere nititur, dum tres redēptionis adducit fines, & respectu omnium  
 redēptionem vniuersalem frustraneam fore, demonstrare conatur.  
 Primus finis est; vt nimirum DEus Philanthropiam offendeter.  
 Ad hunc vero finem, redēptionem vniuersalem inutilem esse ac fru-  
 straneam, partim quia DEI Philanthropia sufficienter declaretur per  
 homi-

(82) Curi. Philol. & Critic. ad Rom. IX, pag. 197.

hominum electorum salutem; partim quia nulla sit misericordia,  
 ei offerre salutem, vbi iam antea scimus, impotentiam recipiendi  
 eam adesse, nec propterea alterum eam amplexurum esse. Prius de-  
 tenuit & exigua quadam philanthropia testatur, si quis cogiter, Chri-  
 stum ex Reformatorum sententia, paucos tantum homines, qui ceter-  
 aris non praestant, non meliores, nec digniores sunt, redemisse; plu-  
 rimos vero, qui nec peiores, nec indigniores sunt, ab ea exclusisse.  
 Si mille subditi Regis eiusdem vel Principis, ab hostibus in capti-  
 vitatem & seruitutem abduicti essent, et ille viginti vel trincta eo-  
 rum redimerat, reliquos autem in perpetua miseria relinquat, num  
 illi amor insignis in subditos tribui posset? Posterior aequiuocatio-  
 ne quadam premittit. Si illi enim, qui impotentia laborant, nec ea  
 propter philanthropiam adceperant, haud redimendi sint, cum & pau-  
 ci electi non potuerint redimi, qui eidem impotentia sua natura  
 succumbunt. Si vero DEus non minus ceteris quam electis, re-  
 media adversus impotentiam dare potest, immo secundum philanthro-  
 piam debet, profecto illa Philanthropia admodum exigua est, quae  
 paucis illa confert, ceteris denegat. Secundus DEI finis circa re-  
 demptionem dicitur esse, ut fideles saluat. Hunc ex Reformatorum  
 fine fidelium salutis, DEum abunde finem consequutum esse, dicunt.  
 Inuerto autem hoc argumentum: Si DEus omnes homines ad sa-  
 lutem deducere intendit, finis ille obtineri nequit, nisi per reden-  
 tionem vniuersalem, sine qua nemo saluus fieri potest. Redemtio-  
 ne electorum DEus quidem consequitur finem voluntatis conse-  
 quentis gratiosae; sed non voluntatis antecedentis, ad quam redem-  
 tio pertinet. Terius finis hic esse fertur; ut ceteros, qui gratiam  
 sibi a DEO oblatae respuerent, redderet inexculcables. Ad quem  
 finem redemptio vniuersalis nil prodesse dieitur, partim quia infide-  
 les per naturae legem satis inexculcables fiant; partim, quia per re-  
 demptionem vniuersalem DEus hominibus caussam & occasionem  
 praebuisset, ut eo deteriores ac miseriiores fierent. Respondeo ad  
 haec: 1) Inexcusabilitas, adcurate loquendo, finis DEI vocari ne-  
 quit; sed est tantum eventus accidentarius, seu praeter DEI inten-  
 tionem adcedens. Finis enim est id, quod DEus intendit, inexcu-  
 sibilitati

Sabilitatem DEus non intendit. Supponit enim peccatum (qui non peccauit, excusatione non indiget); Si DEus igitur intendisset inex-  
cusabilitatem, intendisset etiam peccatum, quod blasphemum est.  
2) vtique in se inexcusabiles homines mali per legem naturae sunt;  
sed quando legunt verbum DEI, in quo vniuersalem redemptorem  
deprehendunt, & insimil legunt & audiunt, ipsum in aliorum, non  
sui commodum, vere adparuisse, possentne excipere: qua ratione  
nos damnationem effugere potuimus, cum sine redemptore a nostra  
miseria liberari nequiuimus, sicut nec ceteri absque eo damnationem  
effugerunt. Si quinque personae in superiori nauis pôre constitu-  
tac, se invicem inebriate amplexantur, saltent, omnesque in mare  
se praecipitent, tum omnes in se sunt inexcusabiles. Si vero duae  
tartum mediante cymba vel laqueo quodam seruentur, & reliquis  
tribus hoc subsidium denegerur, nonne habebunt, de quo conque-  
rantur? 3) Possunt vtique, non obstante redemptione vniuersali,  
plurimi deteriores fieri; sed culpa est hominum, qui illam reiciunt;  
non redimationis vniuersalis.

## §. XXX.

Altera ratio haec est: Si DEus Filium suum omnibus homini-  
bus redemptorem dedisset, adeoque omnium & singulorum hominum sa-  
lutem voluntate benefaciti vellet, ipsi etiam omnibus media sue  
conditionem, fidem & conversionem dare decreuisset, adeo, ut si ea gratia  
mensura, qua nonnullis conuertendis sufficit, ratione aliorum, quorum  
maior est durities, non sufficeret, hisce maiorem gratia mensuram con-  
ferret, qua etiam durissimis conuertendis, eodem modo, sufficeret, quo  
minus duris conuertendis sufficit. Respondeo: omnes homines ac-  
quali labore duritie, si de connata sermo est, quia omnes aequa  
corrupti sunt; durities vero morosa & voluntaria est inaequalis.  
DEus largitur singulis hominibus tantum gratiae ad conversionem  
& fidem, vt quilibet posset conuerti ac ad fidem perduci; immo  
durities voluntaria superari. Si quis autem pertinaciter proge-  
diatur, ulterius nil proficere potest, quia alias gratia irresistibilis  
adhibenda esset, qua in negotiis spiritualibus DEus non vitetur, nec  
salua hominum libertate vti potest. Concedimus lubenter maio-  
rem

rem ac minorem dari gratiae gradus, non ratione ipsius virtutis operandi sive operationis, quae semper diuina est, sed ratione copiae & repetitionis mediorum crebrioris aut rarioris, ita tamen, ut tantum cuilibet usque ad finem vitae relinquatur gratiae, quo actu conuerti, aut saltim ad conversionis media deduci possit. Tertia ratio est: aliud Reformatorum ratiocinum a voluntate vel consilio DEI contradictorio defundit, quod inde nasceretur; si statuatur, redemtionem per Christum uniuersalem esse; Et tamen DEum ab aeterno de uniuscuiusque hominis aeternis fatis decreta condidisse. Excitantur hic verba IVRIAEI, quea tamen ad sequentem probationem potius referenda sunt. Respondeo: Decretum reprobationis aeternum non absolutum est, sed respectuum & voluntatis consequentis, respiciens Christi repudiationem & incredulitatem finalem. Quomodo igitur illud pugnare potest cum voluntate DEI antecedente, Christum omnibus dandi, omnibusque fidem largiendi? Quarta ratio haec est: quod eo, quo Christus mortuus est tempore, jam quatuor mille anni praterierint, quo spatio plerique ute pole in atheismo constituti extra foedera positi in aeternum perierint; adeoque maior damnatorum pars iam actu poenis aeternis addicta fuerit. Atqui cum ex inferno nulla sit redemptio, non possit non inanis esse Christi, pro ipsis antea damnatis, passio, id quod absurdum sit; quod idem sit, acsi diceretur pro eorum vita pretium solui, qui ultimo jam supplicio affecti sunt. Mens paucis haec est: Si Christus pro omnibus satisfecit, satisfecit quoque pro iis, qui passionis suae tempore in inferno iam cruciabantur; Atqui hoc est absurdum; Ergo & illud. Nonne Christi ab aeterno facta promissio & passio actualis in tempore, eiusdem valoris & virtutis sunt? Si igitur dictu absolucionis non est, Christum promisit, se omnes redemtum esse, illos quoque, qui actu damnarentur; nec absolucionis dictu erit, passionem Christi actualem pro iis quoque, qui ante actualem eius passionem iam in infernum detrusi sunt, factam esse. Largimur equidem, illos, quatenus in inferno haerent, inde non egredi, ut sanguinem Christi per fidem actu apprehendere non possunt, passionis fructum non obtinere. Soluit nihilominus Christus, passione ac morte sua, in tempore tale pretium, quo & illi, si id sibi applicare voluissent, ab orco potuissent liberata.

berari. Ultima ratio desumpta est a defectu vocationis vniuersalis per Euangelium. Addunt denique, vniuersali etiam opus esse Euangelii promulgatione, si vniuersalis fuerit Christi redemptio; neque enim credi potest id, de quo nihil audiuiimus; nec beneficium aliquod amplecti possumus, quod nunquam nobis oblatum fuit. Atqui multi & olim extiernit & nunc existunt Populi, quibus vniuersalis illa gratia per Euangelii predicationem latius patere non posse, quam eius oblationem, posterior autem vniuersalis non est, unde nec prior potest vniuersalis esse. Respondeatur: 1) Promulgationem vniuersalem, posita redemptione vniuersali, simpliciter fuisse necessariam, ipse Dn. STAPFERVS secundum propria principia adserere nequit. Fateretur enim in prima ratione, infideles per legem naturae fieri satis inexcusabiles, quod etiam verum est, quatenus vocatio indirecta vnumquemque, tam sub V., quam sub N. Tto, ad ecclesiam manuducere potuit ac potest, vt euangelium ibi reperiat. 2) Necesse non est, vt in quolibet pago templa aedificantur; sufficit, vt cuilibet pago destinata sit aedes quadam sacra, sive remotior, sive vicinior, ad quam aditus omnibus pateat. Praeterea autem DEus tam benignus fuit, vt Euangelium vniuersaliter per totum orbem publicauerit in triplici illa & solemnni vocatione tempore Adami, Noae & Apostolorum facta. 3) Fuit quoque vocatio omni tempore, & adhuc vniuersalis est; non quod DEus quemlibet hominem, vel familiam, vel prouinciam quavis hebdomade vel anno per proprios Apostolos denuo vocet, quod dissentientes exigere videntur. Hoc enim nemo in tanta hominum ingratitudine a DEO desiderabit, nec inter tot, sibi maxime dissimiles, gentes fieri potest. Nonne ministero, qui inter Pontificios, in Gallia, Hispania, Italia &c. Lutheranam doctrinam praedicare sustinerer, idem imminerer satum, quod Missionariis in Turcia, Persia &c. qui parum proficiunt, plurima patiuntur. Vocatio vniuersalitas consistit potius in eo, quod DEus ab Euangelii vocatione excludat neminem, sed cuiusdam eam lubens dare velit, dummodo se ipsum non excludat, Euangelium quod audire & discere potest, non curans vel non recipiens, vel veram ecclesiam (quae neminem vel in V. Tto, tanquam ciuitas in monte excelsio constituta, vel in N. Tto, inter commercia per totum mundum propagata, latere potuit & potest) temporalis emolumenti gratia, negligens.

§. XXX.

## §. XXXI.

Circa finem pauca adhuc verba ex eiusdem Dn. STAPFERI germanico scripto adducam (83). Exhibet is doctrinam ecclesiae Reformatae de aeterno DEI decreto ad hominum salutem ac redemtionem spectante, dicens : *Sie machen den Schluss: Da GOTT dem Herrn von Ewigkeit her bewusst gewesen, welche von den Menschen würden verlobten geben, so habe Er für diese die Begnadigungs-Mittel nicht verordnet, sondern nur für die, welche gewis würden seelig werden, sitemahl sie in Ansehung der übrigen ümboßt und vergebens gewesen wären.* Probatio desumitur a DEI sapientia : *Sie berussen sich, ait, auf die Göttliche Weisheit, welche erfordere, dass sich die Mittel, welche GOTT verordne, nicht weiter erstrecken als der letzte Endzweck der erreichen wird.* Vtique eligit quilibet sapiens media fini proportionata, juxta regulam satis notam : Finis est norma & mensura omnium mediorum. Sed quaeritur 1) Num quis vnum saltem, an plures fines sibi praestituerit ? secundum horum indolem ac disserimen, possunt media extendi, vel vnam alteramue admittere subordinationem, qua' alias non opus esset. 2) Quis sit finis ultimus ? num ille, qui vere intenditur ; an ille, qui semper actu obtinetur ? Si posteriorius intelligatur, inter homines certe non valebit, qui de eventu certi esse nequeunt, ac saepe confiteri debent, se aliud cogitasse aliud consequutos esse. Nec idem in DEO locum habere poterit, nisi per ultimum finem simul absolutum innuas, quem etira omnem conditionem aut ordinem quaerat, qualis hic non datur. Remanet igitur, media accommodari fini, qui intenditur. Iam DEUS aliquid intendit voluntate vel antecedente, vel consequente. Prior voluntas est vniuersalis, ad quam & redemptio pertinet. Ex quo sequitur, secundum DEI sapientiam, redemptionem necessario esse vniuersalem. Ceteras rationes ab experientia (welche anzeige, dass GOTT auch nur die äußerlichen Mittel der Gnade nicht allen und jeden Menschen, mittheile, da die größte Anzahl derselben nichts von einer unmittelbahr öffentlichen Offenbarung, und hiemit auch nichts von dem Werck der Erlösung, und von dem Heiland wissen) & testimoniiis SSae desumtas, adtingere nequeo. Priorem enim iam supra confeci ; posterior autem in definite tantum, etira specialem dictorum allegationem proponitur.

## §. XXXII.

(83) In der Grundlegung zur Christlichen Religion Part. III. pag. 37 sqq.

§. XXXII.

Extra omnem igitur controuersiae aleam positum est, *Reformatos* ad questionem: Num Christus pro omnibus, an paucis saltet satisficerit? a *Lutheranis* discordare. Nec dissensus iste nullius est momenti. Num Christus ad me quoque pertineat? quæstio sine dubio est maxime ardua, in qua omnis mea temporalis, spiritualis ac aeterna salus posita est. Id autem exploratum mihi esse nequit, nisi ex diuino verbo certior fiam, Christum pro omnibus hominibus satisfecisse. Nomina enim singulorum hominum in Bibliis s. non expressa sunt, & ex puris particularibus, quae *Reformati* laudant, nihil sequitur. Qui autem putant a posteriori, & ex fidei sensu id intelligi posse, quamdiu verbi vniuersalitatem seponunt, vel ad fidem imaginariam, quæ omni fundamento Scripturae destituitur, se recipiant; vel fide quædam præfumra se deludant, necesse est. Non possumus igitur, quin hunc *Reformatorum* errorem longe pericolosissimum habeamus, & calculum denegemus huic CL. Dn. STAPFERI (84) de leui dissensu momento, & *Reformatorum* cum *Lutheranis* consensiū iudicio: *Wir verdammen diese Kirche, die neben dem göttlichen Worte das Augspürsche Glaubens Beküntriff zur Rütschnur ihres Glaubens annimbt um dieser Lehre willen, darum sie von der Lehre unsrer Kirche abgehet, keines weges. Wir halten die wahren Glieder derselben nichts desto weniger für theure Brüder in Christo Iesu. Wir glauben daß der Unterscheid der zwischen uns und Ihnen ist, keinen Grund Artikel ansehe. Wir halten vielmehr dafür, daß wir in demjenigen, was den Grund der geoffenbahrten Religion betrifft, mit einander einig seyn.* Persuasi sumus inter ecclesiæ in fundamento dissidentes & cum periculo veritatis, nullam coniunctionem ac fraternitatem ecclesiasticam locum inueniri posse vel debere, etiam si a Papatu nos tutores externe pæster. Non sunt facienda mala, vt eueniant bona ad Rom. III, 8. Precamur autem DEum, vt nos in verbo ac veritate conservet, & quotquot inde deflexerunt, ad Spiritus unitatem reducat, vt omnes idem sentiamus in uicem secundum Christum Iesum, quo condiderit uno ore glorificemus DEum ac Patrem Domini nostri Iesu Christi, Rom. XV, 5. 6.

(84) *I. e. pag. 320. sq.*

**SOLI DEO GLORIA.**






00 A 6359



3

DRH Retro





Q. D. B. V.

DISSESSATIO THEOLOGICA

57  
**DE CHRISTO,  
ET SACERDOTE ET VICTIMA  
IN OMNIVM SALVTEM.**

QVAM

SVPREMO NVMINE AVXILIANTE,  
ET CONSENTIENTE  
SVMME VENERABILI THEOLOGORVM ORDINE,

P R A E S I D E  
**P E T R O S A S S E**

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORD. NEC NON  
CONSISTORII DVCALIS CONSILIARIO

DIE XX. NOVEMBR. CLO 15 CCXLVIII.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIET  
R E S P O N D E N S  
**M. GEORG. VITVS HENR. Sciehend,**  
ROSTOCHIENSIS.

R O S T O C H I I ,  
TYPIS IOA. IAC. ADLERİ, ACAD. TYPOGRAPHI,